



**Venerabilis Bedæ Presbyteri Anglo-Saxonis, Doctoris  
Ecclesiæ Vere Illuminati Opera Theologica, Moralia,  
Historica, Philosophica, Mathematica & Rhetorica,  
quotquot hucusque haberi potuerunt omnia**

In Vetus Et Novum Testamentum, Salvberrimis In Moysis Pentatevchvm,  
Tobiam & Iobum, Libros Regum, Davidis Pasalmos, Parabolas Salomonis &  
Cantica, Prophetas &c. explanationibus & Quæstionibus enodata:  
Moralibus doctrinis & expositionibus in quatuor Evangelistarum Evangelia  
illustrata: facundissimis ...

... Hic Tomus Quartus Allegoricis Expositionibvs Et Qvæstionibvs Vtrobique  
Salvberrimis Tractat

**Beda <Heiliger>**

**Coloniæ Agrippinæ, 1688**

In Parabolas Salomonis expositio, libri tres.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72011](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-72011)

Cant. 4. 633 lavacro gemellos factus habentes, cum per obedientiam mandatorum Dei renatae in Christo, innocentes & simplices operari fuerint, & fideles.

Dominus autem benedixit novissimi⁹ tob⁹, magis quām principio eius, & fuerunt ei quatuordecim millia ovium, & sex millia camelorum, &c.) Principia Christi Dei & Domini nostri, legis Moysi exordia esse significantur: novissima vero ejus, Evangelium esse monstratur, unde & Ecclesiastes ait: *Meliora sunt novissima sermonis, quam initium eius.* Proinde meliora sunt mysteria Evangelii revelata in Christo, legis significacionibus & figuris. Meliora sacrificia cordium contritorum, quam holocausta pecudum. Melior manis festatio veritatis in Evangelio, quam allegorica verba in veteri Testamento. Sic itaque benedixit Dominus novissimi⁹ tob⁹ magis, quam principio eius, ut in utroque populo Iudeorum & Gentium, revelationum gratia abundaret: quos populos secundum morum qualitates, quasi sub diverorum animalium nominibus haec scriptura voluit appellare. Quam vero significacionem eadem animalium vocabula in te contineant, in principio operis istius diximus memini. Duplicatum vero horum animalium numerum, propter utrumque populum puto, five propter abundantiam gratiam Evangelii, ut jam diximus, de qua Apostolus ait: *Sufficientia nostra ex Deo est, qui & idoneos nos fecit ministros novi Testamenti, non literas, sed spiritus: itera enim oscidit, spiritu autem vivificat.* Quod autem septem filios, & tres filias refertur habuisse, gratia septenario numero indicatus, & legis, prophetiae & gratiae, ut in principio huius operis dixi: quas pater eorum moriens fecit coheredes fratrum suorum: id est, antimas quas per spiritum gratiarum in testamentum divinum scripturarum incorporat, eas utique promissionum suarum facit esse particeps. Eorum quoque filiarum nomina significantur posita, magnam in te continent sacramentum, ut una euras dies dicere: *alia vera cassia, & tercia cornu filii.* Dies ergo lex Dei est, quae ad cognitionem veritatis, noctem humanæ ignorantie illuminat. Cassia, & tercia uniconta est donum: & cornu subi⁹ aperteissimum Evangelicis copis, Ecclesia que diviti⁹ cooptatur, que spiritualium divitiarum thesaurus est. Cornu vero ad insignem regnum, & dignitatem Ecclesie pertinet, sicut ait Prophetus: *Exaltabit cornu Christi sui.* Figuram ergo sanctum Job manifeste habuit Salvator, & ex hoc quod ex diuilio egens fuit, *quia pauper justus est, ut nos tunc patremur.* Circa corpus eius omnem potestatem suam diabolus exercuit, sed nihil profecit, sicut & ipse Dominus ait: *Veniet enim princeps mundi huius, & in mensil inventiet.* Quemadmodum etiam beatus Job, post damnum filiorum dictatus in filii est, ita & Salvator post afflictionem infidelium Iudeorum, dictatus in gentibus est. Per multa ergo Job sanctus Dominus nostrum, passione quoque & patientia figuravit: numero filiorum & filiarum nominibus qui sepius formem gratiam Spiritus sancti, legisque & Prophetarum, atque Evangelij in salvatorem nostrum plenitudinis portabebant figuram, in quo equievit Spiritus lapidatus & pietatis, replevit eum spiritus timoris Domini: quod intelligendum est plenus dierū. Tandem relevatus laboriosa explanationis onere, ac veluti deposito gravi falso relipit ad te beatissime pater Nechari, clausulam sermonis mei diris: *go: petens, ut si quid in hoc opere dignum probabili veritate perspexeris, etiam circa meam exiguitatem largiflamma Dei nostri dona mireris.* Quicquid vero, vel tensibus humile, vel sermonibus viles reperieris, obsecro ne aut antiquo favore præmulcas, aut benevoli exculsatione defendas: quia nolo eminentiam iudicii tui à tua dignitate sublimitate dejicias: sed potius sic opusculum meum laudabile facies, dum incondita ejus corrigendo retractes, & perfecta emendatione castiges. Pax legibus, cre, dulitas audiencibus, vita facientibus in Christo Jeſu Domino nostro.

\* \*

Libri tertij expositionis allegorica in Job Finis.

Beda Tom 4.

BEDÆ PRESBYTERI  
SUPER PARABOLAS SALOMONIS,

Liber primus.

CAPUT I.

**D**A R A B O L A E Salomonis filij David, regis IsraeL.) Parabolæ græcæ, latine dicuntur Similitudines. Quod huic libro vocabulum, Salomon ob id impedit, ut learemus alius, & non juxta literam intelligere, quæ dicit. In quo Dominum significat per parolas turbis aliquando loquuntur. Sicut etiam proprio nomine, & pacifico regni sui statu, regnum Christi & Ecclesie perenne denuncia, de quo scriptum est: *multiplicabitur eius imperium, & pacis non erit finis: super soli⁹ um David, & super regnum eius.* Si & templi constructione ac dedicatione, ædificationem Ecclesie sanctæ, quæ tempore resurrectionis in aeternum dedicabitur, insinuat. Nam & ipse filius esse David, & rex spiritualis IsraeL, etiam turbarum testimonio, que ei Hierosolymam venient, cum palmarum ramis & laudibus occurrere declarantur. Notandum autem quod vulgata editio pro Parabolis, que hebraicæ Mille vocantur, parcerias, id est, proverbia dicit. Sed nec ipsum nomen abhoret à vero. Quæ enim parabolæ recte nuncupantur, quia occulta sunt, pessimè non incongrue eam proverbia vocari: quia talis sunt, quæ merito & p̄ius in ore colloquientium verati, ac memoria debeat reteneri. Nam & proverbia plerūq; tam obscuræ dicuntur, ut non immixtio eadem possint etiam parabolam nomine notari. Dominus attestate, qui ait: *Hec in proverbijs loquutus sum vobis, Venit hora cum iam non in proverbijs loquar vobis, sed parabolam de patre annunciaro vobis.* Quid autem unlatus parabolæ Salomonis conferant, sub incremento tituli monstratur, cum subditur:

Ad sciendam sapientiam & disciplinam) Sapientiam autem & disciplinam scire, est quomodo recte credere, qualiter se vivere oporteat, quemque veraciter dicuisse, quo intentio noster cordis dirigere, & quid operando gerere conveniat, nosce. Quod autem adjungit:

Ad intelligenda verba prudentia, & sapientiam eruditio, non doctrina. Monet eos quos imbuunt, & non solum sapientiam, quam semel ipsi percepierint, amplecti: & disciplinæ virtutem, quam cognoverint, tacent inviri: sed etiam verba prudentium, quibus ad perfectionem proficiant, libenter aufultare, & haec soliter intelligere curant.

Justitiam, & iudicium, & equitatem.) Justitia est, in eisque secundum regulam veritatis bene operarum. Iudicium, in illis quæ recta decrectione cum proximis agimus. Aequitas in eo, quod cum sincera intentione Deo tali, in his quæ recte gerimus, vel iudicamus, placere contendimus.

Vt detur parvula astutia, & adolescenti scientia, & intellectus.) Parvulos dicit eos, qui nuper sapientiam aures accommodare cooperunt: adolescentem, qui aliquantum jam in eius auditione proficit. Et ideo fortasse parvulos plurali numero. Adolescentem appellat singulari: quia doctrina sapientiae, quos diversis animi motibus, diversi vivendi moribus dedito suscipit, in viam virtutis perfectionem erudiendo provehit. De quibus iure dicitur: *Multitudinis credentium erat cor unum, & anima una.* Vt detur, inquit, parvulus astutia. Hæc etenim rudibus est & incipientibus necessaria per quam sophismatum dignoscere & caveat veritatem possint, ne falorum fraudibus argumentorum abducantur à simplicitate veræ sapientiae, quæ ducit ad vitam. Adolescenti scientia & intellectus: quia qui prudenter declinat falsa, consequenter terra veritatis percipiet. Haec & tunc præstatutio: hinc jam ipse textus parabolæ incipit.

Esa. 9.

Mat. 23.

Ioan. 16.

Act. 4.

*Audiens sapiens, sapientior erit.*) Quia sapientia amator exitit Salomon, qui optione libri data, sapientiam petit & accepit, pulchre initium parabolam suarum a sapientia sumit. Quid autem sit, *Sapientem cum audierit verbum, sapientiorem effici*: ostendit neminem in hac vita ita sapientem fieri posse, cuius sapientia nequeat augeri: semperque moris esse sapientium, ut dictis majorum, & aliquando eriam minorum, auferunt: quicquid in eis utilitas audierint, ad se replicent, suoq[ue] in corde recordentur. Denique audivit sapiens minor majorem, regina Saba Salomonem, & sapientior redit. Audivit Moyses sacerdotum multo inferiorem, & sublimior ac sapientior redditus est. Audierunt discipuli Christum, & spiritum sapientiae percipere meruerunt. Audivit Nicodemus, audiuit Gamaliel, audiuit discipulus ejus, tunc Saulus, nunc Apostolus Paulus. Sapientes utique verbum Evangelij, & sapientiores sunt effecti: Qui etiam Paulus, cum ad tertium coelum rupus, audisset ea quæ non licet hominibus verba loqui, nihilominus ad terram reversus aiebat: *Quia ex parte cognosimus, & ex parte prophetamus: cum autem veneris quod perfectum est, evanescitur quod ex parte est.*

Et intelligentes gubernacula possidebunt. Nemo se de sua jas et scientia, quia si sapientiam verba crebro audire & intelligere neglegit, vitam suam ritè gubernare non novit. Quanto magis alieno regnum praefici nequit, qui se ipsum ad patrum disciplinam subiecte contempsit? Quod ergo ait, *Audiens sapiens sapientior erit*: & ad cognitionem rerum, quæ per sapientiam noleantur, respicit. Quod vero addit, *Et intelligentes gubernacula possidebunt*: ad rectitudinem vitae, quæ per eandem sapientiam dicitur vel doceatur, pertinet. Et pulchre principium Parabolatum, principio congruit tituli, quod ita se habet, *Parabola Salomonis filii David regis Israel, ad sciendam sapientiam & disciplinam.*

*Animadverteret parabolam & interpretationem, verba sapientium, & enigmata eorum.*) Hoc discipulis se humiliiter audentibus, ipsa quæ eos in carne apparens studiebat, sapientia donavit, ut & suas parolas, quas turbæ nequivant intelligere, & Prophetatum ac legis enigmata, id est obscura dicta spiritualiter animadverte, acquisi auditibus dulcidate valenter. Sed & sequentibus Ecclesiæ magistris, eadem intelligentia spiritualis arca, piè querentibus ac pulsantibus referavit.

*Timor Domini, principium sapientie.*) Duo sunt timores Domini. Primus servilis, qui principium scientie vel sapientie vocatur: secundus amabilis, qui perfectionem sapientie comitatur. Timor servilis principium est sapientie, quia quisquis post errorem delictorum sapere incipi, primo timore divino corrigitur, ne ad tormentaducatur. Sed hunc timorem perfecta dilectio foras mittit. Secundus autem timor Domini sanctus, permanens seculum saeculi, quem non excludit, sed auger charitas. Ipse est, quo timet filius bonus, ne vel in modo oculos amantissimi patris offendat. Nam inchoativo timore, servilis adhuc animus metuit, ne ab irato Domino penitus subigatur. Uterque autem timor in futura vita cefllabit: charitas verò non quanam excidet, sed in plenitudine sapientie perpetua manebit: quod est cognoscere verum & unum Deum, & quem misit Iesum Christum.

*Sapientiam atq[ue] disciplinam stulti debificant.*) Dixerat de sapiente, quod audito sermone sapientior fieret: & intelligentes, ritè suos gubernare disceret actus. Dicit econtra de stultis, quod sapientiam recti dogmatis, & disciplinam puræ conversationis non modò non asequuntur, sed & nosse contemnunt. Denique predicante in carne, ipsa sapientia, sapientes qui que gaudentes accurrebant: at Pharisæi & principes facer dotum, salutaria ejus dicta simul & facta spacioabant. Et notandum, quod sapientiam singularem numero, stultos describit plurali: quia & plures sunt sapientibus stulti, & sapientium corusc uniformem tenet ealem pietatis. Porro errantium dissimili dogmati dissimilis est ordo vivendi.

*Audi fili mi disciplinam patri tui, & ne dimittas legem matris tuae.*) Hactenus propter bialiter de utraque parte dispuer, hinc jam sedulus incipit admonere quemque fidem, ut diciplinam legis divinae blanditij preponat reproborum: quia nimis hujus custodiæ corona: illorum facinora, mores sequuntur aeterna. Unde & rectè filium vocat, quem paterna sollicitudine curat instituit, Potest & mattis Ecclesia, quæ tunc synagoga vocabatur, intelligi. Et notandum, quod ita nos disciplinam patris audire precepit, ut legem quoque nulla ratione dimittamus: quia non sufficit, ut quis se Dominum diligere, & ejus præcepta observare dicat, si unitatem Ecclesiæ fratrem claritatem sequitur. Nec vetat aliquid, matrem ipsam Dei gratiam, quia salvam, accipere. Nam & apud Hebreos, spiritus, qui gratiam præstet, genere feminino nuncupatur.

*Ut addatur gratia capiti tuo, & torque collo tuo.* Mos quid veteres fuit, ut legi ritè carentes coronam in capite, torque in collo acciperent. Et nobis ergo, si disciplinam conditoris nostri, si gratia matris circa custodimus, major inde spiritualum virtutum claritas augetur. Additur enim gratia capiti, cum charitas, quæ principale mens ornat, ardentiùs inflammatur. Additur & collo torque, cum fulgore perfectæ operationis, sermo prædications, qui per collum procedit, confirmatur: acne contemni ab auditoribus debet, in deficienti virtutum coniunctione docetur. Sed & in his qui Mosaice legis decreta, Domino veniente, servabunt, additæ est gratia novi Testamētū capite regni coelestis. Cuius splendor eximius ad exemplum coronæ vel torquis, nullo unquam sine claudetur. Nobis quoque, cum pro bonis actibus, quos divina gratia prærogavit, lux æterna tribuitur, gratia profecto capiti, & collo torque additur: iuxta illud Evangelij: *Quia & nos omnes de plenitudine eius accepimus gratiam progratiam, scilicet beatæ retributionis, pro gratiarē operationis.*

*Fili mi, si te laetaverint peccatores, ne acquisiescat.*) Duo bus modis laetant peccatores, quos decipiunt: quia aut ad facienda sceleris, blanditij siccunt, aut facta jam favoribus, quasi laudabiliter acta, sustollunt. In unoq[ue] autem sapientia suos auditores, ne talibus acquerant, horatur.

*Si dixerint, Veni nobiscum, in fidem tuam sanguini.*) Potest hic locus generaliter de latronibus dici, qui innocentibus vel infidis mortis, vel damnationis inferunt. Potest & de illis specialiter intelligi, qui ipsam vitæ authorem tradiderunt.

*Abscondamus tendiculas contra infontem frustam.*) Hacfecte cœlē cum dicebant. *Vicere tributum Cesar, non & innumeris hujusmodi alia.* Verè etenim erat in iis, quæ peccatum non fecit, nec inventus est dolus in ore eius. Victrix illi tendebant insidias, à quo in nullo laeti, immo cupido punita erant beneficii experti.

*Deglutiamus eum, sicut infernū, viventem & integrum, quæ descendentes in lacum.*) Ita Dominum impi desiderantes extinguere, ut omnis memoria virtutum & doctrina illius tolleretur: sed & hoc ipsum quod unquam talis inter eos vixerit, obliuioni daretur.

*Omnem pretiosam substantiam reperiemus, implimus domino nostris spolijs.*) De hominibus dicebant, quos Christus adtere cernebant. Putabant enim, quia si cum occidarent, omnes qui crediderant, ab ejus possent amore & condescitu secessere, talibusque animantium spolijs, suorum conuentu repaire domorum. Cui simile est illud Domus parabolæ, quia veniente ad se Regis filio, dixerunt: *Hic heres, venite, occidamus eum, & nostra ereditate.*

*Soritem mitte nobiscum, marcupium unum fit omnium nostrorum.*) Marcupium, est fasculus nummorum. Patet autem de latronibus, quia ut plures scelerum locios conquerant, communionem eis prædictæ, quam rapuerunt, spondent. Sed & persecutores nostri redemptoris, quoquecumque potuerunt, fibi adjungebant. At quos illum sequi videbant, hos de synagoga propulsantes, sua communione privabant.

Fili mi, ne ambules cum risu, prohibe pedem tuum à semiti eorum. Prohibet credentes Christo de Judaeis, communicare per sequentibus Christum Judaeis. Denique omnes qui credebant, erant pariter. Et Petrus iisdem loquens : Salvamini à generatione ista prava.

Pedes enim ilorum ad malum currunt, & fessinant ut effundant sanguinem.) Non solum ad malum, quod temporaliter operantur, sed etiam ad malum, quod perpetuo passuti sunt impii, properant, quoties ad patrandum homicidium, vel aliud quid fecerit agendum fessinunt. Nam quantum videntes ad facinus implendem dicuntur, tantum non videntes ad tolerandam pro facinore penam propinquant. Haec de insidiatoribus nostri Salvatoris valent specialiter intelligi. Sequens autem versiculus, de fide, libus eius, acque pravorum malitiam lusitentibus, generiter inferitur.

Frustra autem jacit rete ante oculos pennatorum.) Frustra etenim laqueus persecutionis, aut mortis tendit electis, qui penitus habent Spei & Charitatis, carcerarumque virtutum: quibus & cœlestia, dum vivunt, desiderant, ut ad hac post mortem mereantur pertingere. Habent & oculos mentis, per quos & mala, que ab impiis sustinent, ciuitas transitura: & bona que sustinent, meruerunt, aeterna mansuta prævideant. Quibus simul oculis & reprobatori superbiam citò consumendam, & tormenta sequentia semper manu prospiciunt. Potest & ita accipi, quid res & dicat pertinaciam malorum doctrinam, quam ab eo loco contextus, ubi ait: Si te laetaverint peccatores, ne acquiescas. Frustræ, tale rete jacit ante eos, qui mundis oculis cordis tamen contemplantur: qui dicere noverunt cum Prophetâ: Anima nostra scit paffer erupta est de laqueo venantium. Facile enim laqueos, qui in terra tenduntur, caver, qui conversationem haber in celis. Utrumque ergo rete frustra bonis parati reprobi: quia & si suadent iniqua, superrant jutorum sapientia: & si inferunt adversa, contemnunt patientia. Infuper & ipi tentatores suis le perdunt infidem. Unde rectè iubidetur.

Ipsi quoque contra sanguinem suum insidiantur, & moluntur fraudes contra animas suas.) Contra sanguinem, ut temporalis morte plecantur. Contra animas autem dicit, ut aeterna quoque animatum perditione damnentur. Quod cum ad omnes qui sanguini insidiantur, & fraude sibi vendum existimant, pertineat: specialiter tamen Judaeis congruit, qui in fonte Domino tendiculis abscondentur, ejusque Apostolos, virtutum penis fultos, dolis circumvenire satagabant. Contra suum namque sanguinem, sūaque animas agebant, qui timentes, ne terribile regnum perderent, coeli, terræque regem occiderunt, & coeli cives perlequebantur in terra: ideoque & quod in terris habebant, & quod in celis acquirent potenter, regnum perdidierunt. Generaliter autem dicendum: quia quicunque oculos fidei habet apertos, accipitique à Domino penas, ut columba, quibus aeternam volet ad requiem, frusti à tali necante laqueos mali, seque ipsum potius hoc præsumendo perirent.

Sic semita omnis avari animas possidentium rapunt) Semitas avari dicit subtiles ejus cogitationes, quibus sedulus inquit, qualiter pecunias augeat. Talesque semita rapiunt ad interitum animas possidentium, id est, eorum qui postmissionibus pecuniarum ultra rationem incumbunt. Non solum ergo, inquit, hi qui ob philarigynam, rapini innocuium & crudibus invigilant, semetiplos hoc agentes perdunt verum eodem ordine, tametí minore reatu, omnes avari meditationes, quæ aurum Deo præfertunt, hunc ad interitum trahunt. Alter: Sic semita omnis avari animas possidentium rapunt. Tali fine, ut praefatus sum, avarus quis, que permit, vel nudat eos qui postmissionibus abundant, ut ipse potius hoc agendo pereat. Paupetes namque, quos nihil possidere certit, cur occidat? Quos spoliat, non inventat. Hucusque persecutions, quas Judæi Christo intulerunt, delcribuntur. Hinc referunt ea que ipse post passionem eisdem suis persecutoribus per Apostolos loquitur.

Sapientia foris predicit, in plateis dat vocem suam, in capite

turbarum clamitat.) Sapientia quippe Dei Christus est, qui in mundo convertatur, paucis sua mysteria divinitatis patet fecit, ipsiusque præcepit, ne ante passionem & Resurrectionem suam: quia ipse esset Jesus Christus, prædicarent, ne gloriam ejus, quam in monte confixerant, cuiquam dicerent: magisque tunc fusa potentiam majestatis operibus, quam verbis ostendebat, impletæ prophetia, quæ dixit: Neque audiet aliqui in plateis vocem ejus. At post Resurrectionem sapientia foris prædicabat: quia misso deliper Spiritu, per Apostolos aperire leipsum mundo declarabat. In plateis dabat vocem suam, quia in latitudine plebeum manifeste, quæ antea paucos docuerat, replicabat, impletæ verbo quod eisdem suis præconibus ait: Quæ dico vobis in tenebris, dicit in lumine: & quod in aures audiatis, prædicate super terram. In capite turbarum clamabat, Quia etiam principibus qui sibi ei prævaluisse, ut crucifigeretur, videbantur, reatum homicidii, quod perpetravunt, palam reducebat ad memoriam, eoque ad penitentia medium vocabat.

In foribus portarum urbis profert verba sua.) Urbs Domini Ecclesia est, ex utroque populo, Judæorum videlicet & Gentium adunata. Cujus portarum fores sunt doctores, qui verbum prædicando, credentes in eam introducunt. Et in foribus portarum ejus, verba sua, sapientia proferebat, cum Apostolis suis loquebatur. E quibus unus ajebat: An experimentum ejus queritur, qui in me loquitur Christus? Possunt fores portarum urbis etiam synagogæ majores intelligi, in quibus sapientia disputabat, cum & legiçionis, Phariseos, & sacerdotes, per Apostolos loquens, suam revocabat ad griam: ita ut, sicut Lucas ait, multa etiam turba sacerdotum obediret fidei. Quid autem eadem sapientia clamaret, adjungitur:

Vsquequid parvuli diligitis infantiam?) Vlquequid parvuli sensu veteris instrumenti ceremonia, novo clarecente diligitis? Uisquequid Moylen Christo, Evangelio legem præferitis? Quoualique decreta, quæ rudibus adhuc populis data sunt per servum, præponitis eis quæ ipse filius veniens perfecti sensu contruli? Quamdiu, inquit, haec agitis? Jam viditis Christum in carne, jam miracula facientes & docentes non tantum sprevitis, sed & occidistis. Saltem modo resuscitatum à mortuis, & præsidentem celo diligite: & dimittet vobis celus quod commisistis.

Et stulti ea que sibi sunt: noxia, cupient: & imprudentes odibunt (scientiam?) Præponendum est à superiori ulquequid, id est ulquequid cupient? ulquequid odibunt? Cupiebant autem noxia, & odibant scientiam, qui literæ legalis fu- perficiem sequebantur: & sacramenta Evangelii, quæ ipsa litera significabantur, accipere detrectabant.

Convertismini ad corripionem meam.) Corripuit per Apostolorum ora Judæos, quia credere noluerunt: & vel tunc eos, postquam relutexit & ascendit, monuit converti.

En proferam vobis spiritum meum, & ostendam vobis verba mea.) Si adhuc, inquit, converti negligitis, proferam vobis vindictam quam meruitis: & verba quæ de veltra perditione prædixi, ostendam esse veracia. Spiritum quippe suum, potentiam ultioris nominat, de qua Moyses ait: Misisti spiritum tuum, & cooperuit eos mare. Et in libro beati Job dictum est: Iniquos flante Deo perisse; & spiritu ira ejus esse consumptos.

Quia vocari, & renisti,) dicens: Venite ad me omnes qui laborauis & onerati esis, & ego reficiam vos.

Extendi manum meam, & non fuit qui afficeret,) primò beneficiando & sanando omnes oppeditos a diabolo, postmodum in cruce patiendo.

Despexit omne consilium meum,) dicentes: Penitentiam agite, appropinquabit enim regnum cœlorum.

Et increpationes meas neglexisti,) dicentes: Væ vobis Scibe & Pharisæi hypocrite, quia tulistis clavem scientia, ipsi non introiusti, & eos qui introibant, prohibuisti. Et generaliter: Qui non credit jam judicatus est.

Ego autem in interitu vestro ridebo, & subsannabo.) Tale est in Psalmo de eisdem: Qui habitat in cœlo irridebit eos, & Dominus subsannabit eos. Non quia buccis Dominus irideat,

aut nō subsannet: sed ea vis designata est tali verbo, quam dedit Apostolis, ut præviderent nil prorsus impios contra eum, utrum quem ipse permitteret, insidiis esse actos: quin potius illorum cepta omnia evanunda, ejus verò gloriā post passionem per orbem terrarum esse dilatandam prænolent. Ideoque superbiam eorum, etiam cùm maxime valere conficerent, pro nihil contemnerent.

*Ioan. II.* Cū vobis id, quod timebatis, advenit. ) conferentes ad invicem: Si dimittimus eum sic, omnes credent in eum, & venient Romani, & tollent nostrum locum & gentem.

*Luc. 19.* Cū irruerit repentina calamitas, & interitus quasi tempestas inguerit. ) Obsidionem Hierosolymorum subiit, & expugnationem totius provinciae, quæ à Romanis facta est, dicit: quam & ipse Dominus in Evangelio, videns civitatem, flensq; super eam, prædixit.

Quando venerit super vos tribulatio & angustia, tunc invocabunt me, & non exaudiāt. ) Non leguntur Iudei in illa obsidione Dominum invocare, sed tantum esse confisi, quævis defolatiōnē patiā, ruinamque templi amarissimamente confixerint. Si qui tamen tunc eum invocabant, quia hic culpam, pro qua sunt puniti, intelligere, ut verè peccatorib; nobilē, frustā ad eum quem contemplērē clamabant. Unde recte dicuntur tribulatiōnē cum angustia finisse perpeſsi. Tribulatiō namque erat in eis, qua foris dep̄imēbantur. Angustia in eo, quod intus nō lā Deo consolatiōnis invenierant. At contrā, sancti cū exterritus opprimuntur adversis, spe certa salutis in corde dilatantur, scientes se ab illo exaudiri clamantes, cuius le verba juventis audire mininerunt. Hinc etenim propheta ait: Cūm invocarem, exaudiisti me Deus iustitia mea, in tribulatiōne dūta fui mihi. Potest autem tota hæc correptio sapientiæ de universis generaliter reprobis accipi, quia in die iudicii clament ad iudicium distruictum, apertis tibi januam regni populantes, nec mereantur exaudiī. Nam & hoc quod sequitur, Manū convergent, & non invenient me, ipsum tempus extremi examinis, quo alii in vitam aeternā, alii in opprobriū returgent sempiternum, aperte designat.

Ea quod exosam habuerint disciplinam, & timorem Domini non suscepérunt. Merito salutē privantur, qui principiū sapientiæ, timore Domini & disciplinam, non modò non habet, sed & codis infrequuntur: at salutis filius, in quo, inquit, odio habui, & legem tuam dixi.

Comedent igitur fructū via sua. ) Viam eorum dicit, de qua superiorū dixerat: Pedes enim illorum ad malum currunt. Quia, inquit, vias meas īgredui noluerunt ut viventes recipiēt mercedem viarum suarum, ut in aeternū pereant. At contra de his, qui timent Dominum, qui ambulant in viis ejus, dicitur: Labores fructuum tuorum, quia mandacab; beatus es, & benēb; erit.

*Siuq; consilijs saturabuntur.* ) Quia meo confilio, quo illos salvare decreverant, acquirencē renuebant, saturabantur suis, quibus ajebant: Ab conditio[n]is tendiculas contra in omnem frustā, quibus pro Salvatore latronem sibi eligebant, ut videlicet vestitū à latronibus, & inter latrones damnentur. Quod & de omnibus verbis Dei contemporibus, & cetera, potest accipi.

Aversio parvulorū interfecit eos. ) Parvulos non attate, sed seniū dicit, quibus supradicūm est: V; que quod parvula diliguit infantiam? qui non parvū, sed perfecti sensibus esse potuerint, si non à consilio sapientiæ, auditum avertēre. Quod autem averterant, eō tēlē aeternā morti desti- nabant.

Et prosperitas flitorum perdet illos. ) Cum nullis retardatis adversis perfecerint actu, quod meditantes ajunt: Omnen preçō am substantiam repertemus. Item: Aversio parvulorū interfecit eos, & prosperitas flitorum perdet illos, quia sepe evertit timore conditoris animus, jam de ra eisdem iusti conditoris patitur, ut in hi quae peccat, nil sustine videatur adversi. Sed ut beatus Job ait: Ducas in bonis dies suis, & in pūnclo ad inferna descendat.

Qui autem me audierit, absque terro requeſet. Poteſt & in hac vita, & in futura intelligi: quia qui Domino perfecit, servit, nullis terretur adversi, immo gaudet in adversis.

& in ipsa morte quasi de ingressu vita letatur, quietu[m] semper à luxuriacus cogitationibus ac tumultibus tentationum, peccatis, juvante sancti Spiritus gratia, gerit, quod requiescēt in die in lege mysticē designabat. Sed & cum transierit ē seculo hoc non solū absque terro malorum, sed etiam in magno gaudio speratae resurrectionis quietet, ut Lazarus in finu Abraham.

Et abundantiā perfruetur, malorum timore sublate. ) Nunc abundantiā bonorum operum, ablatō timore etiam eorum qui occidunt corpus, tunc abundantiā gaudiorum in praesens. Quanta enīs ibi abundantiā bonorum omnium, ubi gloriam ejus, à qua sunt omnia bona, licet inueni, ablatō prorsus timore omnium, qua aliquid advenit ulterius adferant?

## CAPUT II.

*F*ili mi, si suscep̄is sermones meos, & mandata abſcondi penes te. ) Abscondit mandata Dei penes te, qui hæc audiens sollicito in corde recondit, iuxta illum qui ait: In corde meo abscondit eloquias tua, ut non peccem̄. Eſcā, nūm summo per curandum, ne nobis haec, iuxta parabolam Evangelii, dæmonia quasi fenen fecis viam fūcum, volucres tollant.

*Vt audiat, inquit, sapientiam auris tua.* ) Ille enim sapientiam autē non audire probatur, qui verba Dei, audito tantum corporis percipiens, memoria retinere, ut hæc operari, dissimilat. Si ergo mandata Dei, fixo amore diligēti & custodiendi, suscep̄is, primō humiliatis viam tene. Hoc est enim quod subflequent additur:

*Inclina cor tuum ad cognoscendam prudentiam.* ) Incline quippe est, cor ad cognoscendam prudentiam humile, & emundare cor, quod dignum fiat ad percipienda mytilia veritatis. Ille enim sapientia parti loquens ait: Abscondisti hæc a sapientibus & prudentiis, & renegasti eis perditū, id est, Abscondisti a superbris, & reuelasti humiliibus.

*S*i enim sapientiam invocaveris, & inclinaveris cor tuum prudentiam. ) Nullum invocare, id est in nos rando vocare, nūi Deum debemus. Cūm ergo sapientiam invocandam esse docet, ostendit se procul dubio, non quilibet sapientiam, id est notitiam rerum celestium, live terrenū, sed ipsam cognitionem deitatis nobis allegandam proponere. In hūis namque perceptione sapientia, lumina est perceptio beatitudinis, ipsa attestante, que pati pro nobis supplicans ait: Hoc est autem vita aeterna, sc̄ cognoscant te sicut & verum Deum, & quem misericordiam Christum. Notandum autem, quod & sapientiam invocare, & nosmetipsos ad noscendam prudentiam, cor inclinare facit: quia nimis nūceſſe est, ut & divinum in cunctis ligitemus auxilium, & ipso Domino adjuvante, bona, quæ valemus, agamus. Neque enim sine ipso quicquam fieri possumus: nec rursus sine nostro conanemus, quoniam cuncte habere valemus, nos ab ipso salvando esse credimus.

*S*i quæſieris eam quæ pecuniam, & sicut theſauri ſicut eam. ) Si tanta cura sapientiam, quanta cupidi querunt pecuniam: vel certe si tam oſſiciliꝝ quæſierit ſapientiam pecuniam, quæ infinita per hanc & ineſtabiles divinas acquisiſtūs, percipies pietatem, quæ ſubflequent exponuntur. Qui vero theſauros efficit, ejus rūdus tercetus facit in altum ſoveam, ſedulius in ſuſi labore, donec ad theſauros quos quāris, attingat. Et qui theſauros ſapientiam invenire desiderat, quicquid ſibi terrenū mēle degenerat, expurgat carnales illecebras abſchudat: follia in ſe humiliatus faciat, nec queſcat ab agendo, quia quā ſe viam veritatis invenire ſe cognoverit.

*T*unc intelliges timorem Domini, & scientiam Dei invenies. ) Si follicito corde quæſierit, perversus ad experientiam amabilis Domini timoris: qui non ſolū inuenit, ſed perfeccio est sapientia celestis, in hac dūtaxat vita. Ideoque non eum perfecta dilectio foras mittit, ſed permanet in ſeculam ſeculi facit. Sed & scientiam ipius divinitatis, quæ perpetuo beatum facit, invenies.

M. PL.

Quid

*Quia Dominus dat sapientiam.*) Relpicit hic versiculos ad hoc, quod supra dixit: Si enim sapientiam invocaveris, & careris, usque dum ait: Et scientiam Dei invenies. Ideo namque sapientia, id est, Dominus est invocandus, ad accipiens dam sapientiam: quia sapientia non a nobis ipsis haberi potest, sed a Domino datur. Taceat Pelagius redargutus ab Apostolo, qui ait: Quid enim habes, quod non accipisti? Et Jacobus Apostolus: Si quis autem vestrum indiget sapientiam, postulet a Deo.

*Ez. Cor. 4. Jacob. 1.*  
*Ecc. 24.*

*Ex ore ejus sapientia & prudentia.*) Potest in hoc versiculo, illa ineffabilis & coetera Deo patri, sapientia nativitas intelligi, de qua & alibi ait: Ego ex ore altissimi prodigi primogeniti. Potest os Domini & in sanctis eius accipi, unde dici solet in Prophetis: Quia os Domini locutum est. Et ex ore eius scientia & prudentia, quod nisi ipse os humanum sanctificet, nisi hoc suum ipse dignanter efficiat, perfectam loqui sapientiam nullatenus valet.

*Custodiet rectorum salutem, & proteget gradientes simpliciter.*) Cognitae sunt libi virtutes, rectitudo & simplicitas, neque ab invicem queunt separari. Unde & sapientiam unam eorum sine altera non quiri: sed in quibusunque ambo convenient, hos custodit & protegit. Denique de beato Job dicitur: quia erat vir ille simplex & rectus. Simplex videlicet, per innocentiam mansuetudinis: rectus, per causam discretionis. Simplex, quia nullum iudicere. immo cur ei prodest desiderabat: Rectus, quia a nullo se corrupti permiscebatur.

*Servans semitas iustitiae, & vias sanctorum custodiens.*) Vias sanctorum, generalia Dei pracepta: semitas iustitiae, arcta coelestis vita instituta, que perfectis solum accessibili sunt, dicit utrasque autem sapientia servat, ut in quounque virtutum gradu rectos juvet ac simplices.

*Consilium custodiet te, ut erarus a via mala, & prudentia servabit te, ab homine qui perversa loquitur.*) Viam malam, opera iniqui: hominem perversa loquenter, doctores dicit iniquae operationis. Viam malam, in quam vocant, qui dicunt: Veni nobiscum, insidiemur sanguini. Perversa loquenter, cum qui huius est auctor fusionis significat.

*Io. 10. 3.*  
*Qui relinquunt iter rectum, & ambulant per vias tenebras.*) Pulchritudini itineri recto vias tenebrosas opponit, quia nimis iter recte actionis in luce peragitur, atque ad lucis supernae gaudia ducit. At sicut Dominus ait: Omnis qui male agit, odit lucem: & non venit ad lucem, ut non arguantur opera eius. Et talis finem exterioribus fortuit in tenebris.

*Qui letantur, cum male fecerint, & exultant in rebus peccatis.*) Ideo male facientes exultant, quia per vias tenebras ambulant, & nesciunt quo eunt. Si enim, quia ad peccatas tendunt, aspercent, gressum unice coheribent, noxiamente latitudinibus fluctu cavigant.

*Vi eruari a muliere aliena & extranea, quia mollis sermones suos.*) Pender hic versus a superioribus, ubi dictum fuerat: Prudentia servabit te. Et lenitus est: prudentia servabit te, ut eruari a muliere aliena. Quia ergo prius Salomon auditorem suum, quem sapientiam docere fatigatus, admonuit, ne latronibus jungereatur, nec si videret forem, simul cureret cum eo, sed recte a simpliciter incederet: nunc admonet, ne cum adulteris portionem suam ponat. De quibus & hoc quod supra dicitur: Vi eruari a via mala, & ab homine qui perversa loquitur, potest specialiter intelligi. Quia enim perversior locutus, quād ad stupra suadere?

Quod capitolum incipit a loco, ubi ait: Fili mi, si suscepisti sermones meos, & mandata mea absconderas penes te. Potest autem per mulierem extraneam, hærelicorum pravitas intelligi, à Christi & Ecclesiæ membris aliena, quia mollescit disertitudinis, & lingue blandimentis, corda decipere innocentium solet. Unde Psalmista: Mollierunt sermones suos super oleum, & ipsi sunt jacula.

*Ez. 10. 3.*  
*Ei relinquit ducem pubertatis sue, & paci Dei sui oblitia est.*) Patet de adultera, quia primum virum reliquit: & paci Dei sui oblitio est, quia nimis, quod cum viro tuo. Dominus teste, tempore nuptiarum pepigit, quod fidem sibi castitatis alterutrum servarent. Pater & de mente hæretica, quia relinquit doctorem, a quo fidem Ecclesiæ didic-

rat: & oblitia est paci Dei sui: hoc est, fidei ipsius Dominica, quæ in symbolo continetur, quam se die baptismatis feceruntur esse promiserat.

*Inclinata est enim ad mortem domus ejus, & ad impios semita ipsius.*) Omnis conversatio adulteræ ad interitum docet, & quamvis blanda videatur ac mansueta, non minorem in fine sentient vindictam, quam qui latrocinando aperta impietate famulantur. Potest domus adulteræ, ipsa ejus caro, in qua turpitudini & luxurie substeratur, accipi, que novissimi tempore judicii, non ad vitam, sed perpetuam resurgit ad mortem. Sed & hærelicorum domus, quia super arenam construitur, etiam cum stare videtur, vergit in calum, luisque incrementis quasi quibusdam se rotvit, ad impotem conforta, id est, ad spirituum tendit tormenta malignorum.

*Omnis qui ingrediuntur ad eam, non revertentur, nec apprehendent semitas vite.*) Ad eam, ad mortem dicit, non ad mulierem. Potest enim, qui adulteræ mixtus est, Domino juvente reverti, ac vitam pesuendo mereri: potest qui haeresi pollutus, respicendo redire ad salutem. At qui semel aeterna morte raptus est, nunquam redibit ad viam, quia vitam petat beatorum: Quod contra Origenianos propriè dictum est, qui haereticis, meretricibus, cunctisque flagitiorum turbis, & insuper ipsi diabolo aque angelis ejus, post innumeris, licet expletis universalis judicii tempora, remissionem scelerum, vitamque ac regnum promittunt in celis, male intelligentes illud Elija: Et claudentur ibi in carcere, & post dies multos visitabuntur. Quasi post multa tempora terminati iudicij solvendos ac salvandos dixerit impios, cum ille econtrariet, nullam eis salutem tribuat: sed & eos qui hoc tempore mortuæ præ enormitate flagitorum claudi merentur in carcere peccatarum, tempore resurrectiōis ad modicum visitandos significet tantum, ut receptis corporibus in iudicio gravius damnentur, & continuo post iudicium atrocioribus perperò recludantur in penit. Quamvis & ita potest recte accipi, Omnes qui ingrediuntur ad eam, id est ad meretricem, sive ad domum eius, non revertentur: quia quantum atinet ad naturam, iniqua sua voluntate depravata, recursum per tempiam non habet, sed per Dei gratiam, qua adjuvatur & instruitur, ut semitas vita apprehendat. Designatum est enim hoc dicto, pondus iniquitatis, ut cum revertitur quis, non libi tribuat, sed gratia Dei: non ex operibus, ne forte glorietur.

*Vt ambules in via bona, & calles iustorum custodias.*) Viam bonam, unitatem dicit recte fidei. De qua Dominus ait: Ego sum via, Et rursus: Nemo potest venire ad patrem, nisi per me. Calles autem iustorum, multifaria sanctorum exempla nominat. Pender hic versus ex eo, quod supra dictum est: Prudentia servabit te, sicut & illud: Vi eruari a muliere aliena.

*Qui enim recti sunt, habitabunt in terra, & simplices permanebunt in ea.*) Et hic rectis jungit simplices, licet & supra cum diceret: rectorum salutem custodiet, & proteget gradientes simpliciter. Quia nimis simplicitas sine rectitudine dissoluta est, & stulta: rectitudo autem sine simplicitate, austera nimis existit, & dura. Verum utraque virtus coniuncta perfectum reddit hominem. Sed inter utrum, que versum distat, quod in illo Dominus, quia justos in presenti certantes adjuvet: & in isto, quia victores in futuro coronet, judicator. Terra quippe nomine Ecclesia designatur, quæ spiritualem fructum Deo germinare consuet, in qua justi habitant & permanent: quia a consilio ejus, nee morte separantur, sed terminata hac vita, ad illam ejus partem, quæ cum Christo in celis regnat, pervenient.

*Impy verò de terra perdentur, & qui iniquè agunt auferentur ex ea.*) Possumus hæc non de cunctis generaliter reprobis dicta accipi, sed de illis specialiter, qui ad terram Domini, id est Ecclesiæ pertinere videntur, & tamen exigentibus meritis auferentur ab ea quidam aperte iaphus Ecclesiæ iudicio, ut Simon, Annius & Porphyrius, quidam verò in lecre invisibilis iudicis, ut innumeris etiam eorum, qui hominibus boni videntur. Impios enim apertos apostatas

dicit,

dicit, at iniquæ agentes omnes qui perceptis Fidei sacramentis, ab ejus cætitate aliquo modo degenerant. Utrique autem in futura retributione de viventium terra perdetur, quia non habitabit iuxta Dominum malignus, neq; permanebunt in iusti ante oculos ejus. Et recte, quia de bonorum malorumque viis multa prædicta, de utriusque fine in conclusione subiunxit, quomodo & præcedenti parabola, qua latronum consorcia veterat, dicens de fine malorum: Et prosperitas flitorum perdet illos, dicens de fine bonorum, Qui autem me audierit, ab ipso terrore quieteret. Possunt versus hi, de quibus novissime disputationis, de antiquo Dei populo ita intelligi, quia cum recte viceret, in qua terra fæ feliciter maneret, at cum peccaret, exterminaretur ab hostibus.

## CAPUT III.

**F**ili mi, ne obliuiscaris legis meæ, & præcepta meæ custodi at cor tuum.) Hinc docet misericordie operibus infestum, neque nostris confidendum viribus: sed à Deo auxiliis esse flagitandum. Et congruo satis ordine hæc omnia digerit. Postquam enim coeruit à crudelitate, postquam à luxuria castigavit, ornat actibus bonis, quem instruendum sibi accepit.

Longitudinem enim dierum, & annos vita, & pacem opponet tibi.) Ne imposita præceptorum custodia turbaret austidentem, præmisit præmia certa, & sic enumeravit præcepta. Longitudine enim dierum, lucem sempiternam: annis vita, & transsum mortalitatis hujus augmento pacis, ipsum naœ beatitudinis statum degrediat, de qua Esaïas dicit: Multiplicabit eum imperium, & pacis non erit finis. Sed & priori Dei populo, & in præsenti datum est, ut cum legi DEI obediret, longo tempore in pacis quiete viveat.

Misericordia & veritas non te deferant.) Nunquam ab oculis tuo veritas, quæ dicenda: nunquam ab opere misericordia, quæ proximis sit impendenda, cedat. Sic enim fit, ut & te Dei semper misericordia prosequatur, & veritas. Misericordia videlicet, quia delect peccata tua: veritas vero, quia compleat promissiua.

Circunda eas gutturi tuo, & describe in tabulis cordis tui.) In gutture organum vocis, in tabulis cordis latitudinem infinitam cogitationis. Sit ergo virtus misericordiae & veritatis, radici infixa mente, promutat & voce loquentis, ut & occulto inspectori Deo, qui corda, solus seruat & reges, arcana placeant intentionis, & proximos juvent officio locutionis. Benè autem virtutes circundari docet gutturi, cum vox loquentis potius intus in gutture fieri soleat, quia videlicet prædicationis vox de internis emanat: sed extra circumdat, & ad plures audientes simul perfunditur. Nam quo alios ad bene vivendum suscitatur, eo ad bene agendum, & opera prædicantis legit, ne extra sermonem actio transeat, ne voci vita contradicat.

Ei invenies gratiam & disciplinam bonam eoram Deo & hominibus.) Coram Deo invenit gratiam & disciplinam bonam, qui illi virtutum jugi promeretur a Domino, ut per dies seipso perfectior efficiatur, & melior: sed & coram hominibus gratiam invenit & disciplinam bonam, cuius opera sunt talia, in quibus jure laudetur, pariterque exemplum vivendi proximis exhibeat.

Habe fiduciam in Domino ex toto corde tuo, & ne innaturi prædilecta tua. In omnibus vix tua cogita illum, & ipse dirige gressus tuos.) Nec metuas ob imbecillitatem propriam diuinam non posse servare mandara, nec te rufum autumnum hac tuis implere vitibus posse, vel tua naturali scientia nosse, si non per illius legendi instruari: sed potius & in discendo, & agendo, ejus quare creber auxilium, & ipse, quæ jutum, propitiatus, ut implere valeas, donabit.

Ne sis sapiens apud temeris ipsum.) Videatur forte alicui hoc idem esse mandatum, quod præmissum est: Et ne innaturi prædilecta tua, sed mulcum distat. Innatur enim luce prædilecta, qui ea quæ sibi agenda, vel dicenda videntur, patrum decretis præponit: sapiens vero est apud temeris ipsum, & qui in illis, quæ ex patrum magisterio potuit

recte cognoscere, se se pateretur quasi doctio extollerit, stendit.

Time Dominum & recede à malo.) Quale est in Job, Ecclæ. Perfecti etenim quicquid ita se debent ab omnibus contingenit malis, ut divina præfentiam majestatis cum mea semper recognoscit. Et notandum, quod supra fiduciam habere in Domino, ex toto corde, & non innata præstentia: nunc autem, econtrari nos pati folliciudine Deum timere admoneat. Sed nulla est repugnatio. Ibi enim fragilium animos ne desperent, promilli Dei auxilio roboretur: hic fortiores, ne de se presumant, divini timoris memoria coeter.

Sanitas quippe erit umbilico tuo, & irrigatio osium tuorum.) In osibus solidis vittuum opera, in umbilico, quia interior parte corporis medius est, infirma adhuc & imperfecta bonorum actio designatur. Si ergo Deum timuerit, & non tuis viribus, sed superba protectione confusus, a malis abstinere studeris: Sanitas erit umbilico tuo, & irrigatio osium tuorum, quia & infirmatas operis per hac ad stratum perfectionis convalescet, & fortia quæque tua acta, unde amplius robustentur, accipientur.

Honor a Dominum de tua substantia, & de primis fructuarum.) Multi multa pauperibus, sed de aliena substantia ac frugibus, quas vi vel fraude rapuerant, rebunt. Multi larguntur de suo, sed largiendo Dominum non honorant: quia favore humano, & non amore operis inspettoris faciunt. Qui ergo proficuum sibi elecentur fructum fore desiderat, & de suis propriis, & in conditionis honorem, qui sua benigna clementia largi abunde dignatus est, tribuat: ut scilicet homines qui ejus plena, qui ad ejus imaginem sunt facti, recreentur: nos autem veri fidelesque ejus dispensatores bonorum inventamus. Notandum autem, quod non solum de substantia pecunie, quam pauperi portigitimus, sed & de cuncte honeste operationis, quam agimus, & de univerbis celestis gratia, quam percipimus, substantia vel frugibus hominum honorare jubemus, hoc est, ejus in omnibus, & non nostram querere laudem. Sed & ille Dominus de sua substantia, frumentaque frugum primitiis honorat, qui omne, quicquid boni operatur, non hoc suis viribus ac meritis, sed superiore gratia tribuit, memori illius verbi: Quia sine me nihil possit facere.

Et impletur borrea tua saturitate, & vino torcularia dundabunt.) At Dominus in Evangelio: Thefauros in celo. Si ergo thefauros in celo possint habere justi (quia veras ibi divitias inveniunt) possint usque & horrea & torcularia, quia non esurient, neque sint amplius. Et impletur horrea saturitate. Quia saturabitur, dum manifestabitur gloria tua. Redundabunt torcularia vino, quia interno suavitatis eternorum, corda conctorum fidelium in laudem sui conditoris ascendunt. Hinc enim dicit: Ut edat & bibat super mensam meam in regno. Sed & in præsenti nonnunquam de cœli, qui panem rebunt, qui poculum gratiae spiritualis indigent ministeri, majora ministrant dona Dominus pro mercede condonat. Qui terrena subidia largitur inopibus, dicitur dando celestis muneratione redditur.

Disciplinam Domini, fili mi, ne abicias: neque de his ab eo corripitur.) Sunt qui in prole petis servium Domini, & in adversis excedunt. Unde sapientia, quem in professis benè vivere docuit, etiam in conceptione, ne deficit, horatur, ne accidente infirmitate vel paupertate, vel peccatione humana, pietater, quam levare in tranquillitate videbatur, amittat.

Quem enim diligit Dominus, corripit, & quasi pater in filio complacens sibi.) Tanto ergo minus de flagello, quo caligatur, murmurare debemus, quanto certius in eo patrem dilectionis pignus tenemus. Unde & ipse dicit: Ego quis a me, arguo & castigo. Notandum autem, quod pro hoc verbo septuaginta interpretes dixerunt: Flagellat autem omnem filium, quem recipit. Quid mirandum, cur Apostolus ad Hebreos, Hebraicè scribens, magis sequi voluit,

**Beatus homo qui invenit sapientiam, & qui affluit prudentia.**) Quia positos sub disciplina & correptione consolabatur, addit quod cooperat insinuans, quia beatitudine vera est hominis, non adversis carere in presenti, sed aeternae sapientiae perceptione latari. Quod est, & in hac vita voluntatem Dei cognoscere: & in futuro, ejus visione perfici. Et bene cum diceret, **Beatus homo qui invenit sapientiam;** mox addidit, **Et qui effluit prudentia.** Sunt enim qui inventum sapientiam, doctrinam veritatis autem percipiendio: sed affluare prudentia negligunt, nolendo cordis sui finum ad percipiendum ejus amplitudinem laxare.

**Melior est acquisitione ejus, negotiacione argenti & auri,**) Non metuat de correptione inopie, quisquis opes adquiravit sapientiam, quia thesauris terrestribus incomparabiliter munus coeleste praecellit.

**Primi & purissimi fructus ejus.**) Siuxta Ecclesiasticum, radix sapientiae est timere Deum, fructus sapientiae qui sunt, nisi vide Deum? Et hi sunt primi & purissimi: sive qui Deus, qui ab initio est, videtur, & nihil inquinatum in ejus visione incurrat: sive, quia primus ad hanc contemplandam hominem creatus est. Unde adolescentius filius, tametsi omnem substantiam suam dissipasset, vivendo luxuriosè: ubi tamen ad patrem penitentem edidit, primam statim receperisse memoratur: sive, quia primum & rude aurum solet esse purissimum: & prima sola nostra beatitudine verè est beatitudine credenda, que nobis in resurrectione perfectius à Domino promittitur esse reddenda.

**Preciosior est cunctū opibꝫ, & omnia que desiderantur, huic non valent comparari.** Non modo terrenis, verum & coelestibus divitis, immo & ipsi angelorum cœlestibus humanis sapientiae claritas antefertur. Unde & Prophetæ ait: **Quid enim mihi restat in celo, & à te quid volui super terram,** & cetera siue ad finem psalmi.

**Longius dierum in dextera ejus, & in sinistra illius divisa & gloria.** Visione sue divinitatis electos in perpetuam lucem condonat, & eodem in praesenti vita, incarnationis sue sacramentis & charismatibus illustrat ac roboret. Dat eis, qui ob se comparandum, sua omnia vendunt, centuplum in hoc tempore, & in seculo futuro vitam aeternam. Sequitur in hoc loco juxta antiquam translationem, quod nostri codices non habent:

**Ab ore ejus proficitur iustitia, legem autem misericordiam in lingua portat.** Quod ideo anno dandum credidi, quia verticuli in opulcillis patrum lapide politi inveniuntur.

**Via ejus, via pulchra, & omnes semita illius pacifica.** Actiones ejus, & doctrina, que in Evangelio continentur, pulchritudini, quia divina ac pura, & hominis modum longe transgressa, & omnia iusta ejus ad pacem ducunt aeternam. Omnia que in carne gessit, ad reconciliandos Deo mortales, ad pacificandum cum angelis genus humanum, ad demonstranda luis, servanda ad invicem pacis & dilectionis exempla pertinent.

**Lignum vita est ijs qui apprehenderint eam, & qui tenuerint eam, beatus.** Sicut in medio paradisi lignum vita positum Moyses testatur, ita per sapientiam Dei, videlicet Christum, vivificatur Ecclesia: cuius & nunc sacramentis carnis & sanguinis pignus vita accipit: & in futuro praetenti beatus significatur alpeste.

**Dominus sapientia fundavit terram, & stabilit eam prudenter.** Deus pater per filium omnia condidit, Typicam aetem terram fundavit sapientia, cum per ipsum tantam Ecclesiam in fide soliditate locavit. Stabilit eam prudentia, cum per eundem sublimia prædicatores corda illustravit.

**Sapientia ejus eruperunt abyssi.** Quando in diebus Noe erupti sunt omnes fontes abyssi magna, vel cum quotidiano procursum fontes & flumina ab yollo per terrae venas emanant. Altera, **Sapientia erumpunt abyssi,** cum largiente Christi gratia, profunda sacramentorum celestium fidelibus innescuntur.

**Et nubes rora concrecent.** Patet juxta literam, sed allegoricè, nubes sunt Ecclesia magistri, sublimes per contemplationem & vitam, rigantes corda auditorum, quasi subiectam sibi terram per doctrinam. **Querore concrecent,** quia subtilissima discretione virtutes suas, quibus proficiant,

quibus alta petant, quæque minoribus in exemplum monstrant, examinant.

**Fili mi, ne effluant haec ab oculis tuis.**) Ne disciplina temporali fatigatus, sapientiae, quæ tanta est, gratiam perdas, preceave.

**Custodi legem atque consilium.**) Lex sapientiae est qua dicit: **Si vis ad vitam ingredi, non occides, non mœches, non furum facies: non falsum testimonium dices, & cetera.** Consilium sapientiae est, cum proximus addit: **Si vis perfectus esse, vade, vende omnia que habes.** &c.

**Et erit vita animæ tuae.**) Anima tua habet vitam cum Deo, si ejus decreta custodieris, quamlibet caro, disciplina correptionis, aut etiam mortis prematur.

**Et gratia saeculus tuus.**) Habet ergo teatus anima fauces suis, quibus verba, quæ audit, dijudicet, quibus res & gesta singulorum, quæ cernit, dilecto nendo examinet: & hæc amplectendo recipiat, illa reprobando contemnat. Quibus nimis fauces suis, cum legem acque consilium Domini custodim, gratia multiplicatur: qui quanto solerius quicquam divinis obtemperat iussis, tanto dulcior ejus a morem concipit. Quam noſtris fauces in esse gratiam, desiderabat Psalmista, cum diceret: **Gustate & videte quoniam suavis est Dominus.**

**Tunc ambulabis fiducialiter in via tua.**] Fiducialiter in via nostra incedimus, cum Dei gratia confitit, profectum in bona nostra conseruatione suscipimus. Si ergo ejus imperii humiliter subdimur, & gustum superni amoris suavissimus attingimus, & operationis bona augmentum semper obtinebimus, fed & in tentationibus, ne deficiamus, ipso adjuvante defendimus. Hoc est enim quod lequitur:

**Et pes tuus non impingeret.**) Quoniam diligentibus Deum, omnia cooperantur, bonum,

**Sed dormieris, nontimebis, quiesces, & suavis erit tibi somnus tuus.** Ne pavetas repente terror, & irruentes tibi potestias impiorum. Dominus enim erit in latere tuo, & custodiet pedem tuum ne capteris.) Pater juxta literam, quia securus & dormit & vigilat, & quietus & ambulat, qui le innocenter ante Deum, & justè vivere meminit. Sed & justus cum in morte dormiret, non losum potestias malignorum spirituum non meruit, sed & in pace quietus, ac leucus diem resurrexit, & expectat, quia Deum ubique protectorem habet & custodem. Quale est in Psalmo: **Nam & si ambulem in meo umbra mortuus, non timebo mala, quoniam tu mecum es.**

**Noli prohibere benefacere cum qui potest: si vales, & ipse benefac.**) Quia supra diligenter legem Domini, & consilium obtemperiorum monuit, & aeternam requiem observantibus promisit: nunc multipliciter, que hinc oblevanda replicat. Primumque ad id, quod intermisserat rediens: **Misericordiam proximo exhibendam, & justè cum illo docet esse vivendum.** Deinde & ab inimico cavendum esse præmonet. Noli ergo, inquit, prohibere benefacere cum qui potest: si vales, & ipse benefac. Ne audias à Domino cum Phariseis: **Ipsi non intristis, & eos qui introibant, prohibiſſiſ.**

**Ne dicas amico tuo, vade & revertere, & cras dabo tibi, cum statim possum dare.**) Non solum de eo qui cœleſtym omnianum peccata petit, hoc mandatum datur, ut benevoli ad largiendum & prompti existamus; sed & omnia Christi mandata, qui ait: **Vos amici mei estis, statim facere, & non in crastinum differre jubemus.**

**Nec contendas adversus hominem frustra, cum ipse tibi nihil maleficerit.**) Non vetat contendere adversus eum qui maleficerit, ut corrigitur, quia hoc nimis frustra non sit, quod certa necessitas cogit ut fiat. In modo eriam qui ait: **Si peccaveris in te frater tuus, increpa illum, vulnus ut erantem quantum vales, ad viam veritatis revocate contendas.**

**Quia abominatione Domini est omnia illusor.**) Omnis, inquit, illutor, quia illutor est, qui vel verba Dei, quæ novit, impletus contemnit, vel eadem perverse intelligendo ac descendendo corrumptit. Est illusor & ille, qui promissa ejus quasi parva despiciit, ac iteram districtionis ejus quasi tolerabilem spernit. Nec non & ille, qui proximorum sim-

**Mar. 10.**  
**Ibidem.**

**Psalm. 118.**

**Psalm. 33.**

**Psalm. 22.**

**Lucas 11.**

**Lucas 17.**

plicauit

plicati, vel paupertati improbus insultat. Ideoque omnem huiusmodi illudorem merito divina abominatur iustitia. Benè autem subditur.

*Et cum simplicibus sermocinatio ejus.)* Quia sèpè superbi, dum simplicibus illudunt, prudentiores le illis, quos irridunt, judicant. Sed horum prudentia, juxta quod Jacobus ait: *Terrena est, animalis, diabolica.* Sermocinatio autem Domini cum simplicibus est, quia illis cœlestis sapientia fecretis illufrat, quos terreni facti ac simplicitatis nil habere considerat. Hinc etenim dicit: *Ab conditi haec à sapientibus & prudentibus, & revelata est a parvulus.*

*Egecas à Domino in domo impy.)* Juxta exemplum purparati divitis, qui & in hac vita spiritualibus egebat bonis, & in futura ad tantam pervenit in opiam, ut de ditione Lazarii quondam pauperis, unam aqua guttam requireret, nec meteter acciperet.

*Tabernacula autem iustorum benedicentur.)* Juxta quod ait Apostolus fidelibus, de Deo loquens: *Qui benedixit, inquit, nos in omni benedictione spirituali in celestibus in Christo Qui & in remuneratione a ipso sunt audituri; venite bene dicidi patri mei, percipite regnum.* Sed & juxta literam sèpè contingit, eos qui aliena diu rapiunt, ad ultimum in opia confundi. At illos, qui sua largiuntur, etiam bonis abundare terrenis.

*Illusores ipsedeludet, & mansuetus dabit gratiam.)* Hos versiculos Apostoli, Jacobus & Petrus juxta antiquam translationem polueri, dicentes: *Quia Deus superbius resistit: humiliabit autem dat gratiam.*

*Gloriari sapientes possidebunt, & tuto exaltatio ignomina.* Et Dominus ait: *Omnis qui se exaltat, humiliabitur: & qui se humiliat, exaltabitur.*

## CAPUT IIII.

**A**udite filij disciplinam patris, & attendite, ut sciatis prudenter. Hinc exhortatus ad philoſophiam, qualiter ipse sapientiam sit à patre edocetus, explicat.

*Nam & ego filius sui patrum mei tenellus, & unigenitus coram matre mea.* Nihil magis ad spem percipiendi sapientiam erigit, quam cum eos, quos in sapientia jam clare miramus, aliquando parvulos & indoctos fusile minimus.

*Et docebat me atq[ue] dicebat: suscipiat verba mea cor tuum.* Hujusmodi monita Salomon à David patre data, qui vetera dierum relegit, invenit. Quare autem Salomon le unigenitum coram matre nominat, quem fratrem uterum præcessisse Scriptura testatur: nisi quia ille mox natus sine nomine, quasi nunquam esset, vita deceperit.

*Et in omni possessione tua acquire prudentiam.* In omnibus que possides bonis, sapienter agere memento, vel in omni possessione tua acquirere prudentiam. Omnia que possides, terrena conserne, dummodo sapientiam percipias. Quod fecit Salomon ipse, dum data sibi optione, a morem sapientia cunctis præposuit rebus. Et in Evangelio, qui præciolam margaritam quasvit, hanc inventauit omnibus, que habuit, venditis, emit.

*Dabit capit tuo augmenta gratiarum, & corona inclita pro te.* Patet de Salomone, quia dum pro sapientia, cuncta despiceret, percepit sapientiam, majora gloria sublimitate resulit. Sed & nostro capitulo id est, principali mentis, si sapientiam amplectitur, amplior gratia spiritus augetur, & corona insuper vita in futuro donabitur. Expedit fane, quae his, quae à patre verba suscepit, reddit ad docendum auditorem suum sapientiam, quam cœpit.

*Audi filimi, & suscipe verba mea, ut multiplicentur tibi anni vita.* Id est, ut vita æternæ dona percipias.

*Ducante per semitas equitatu, quas cum ingressus fueris, non arctabuntur gressus tui.* Semita, id est, actiones equitatis, dum inchoantur, arcta videntur & angusta: dum vero profectum capiunt, jam ex consuetudine paciosæ videntur & late. Psalmista testante, qui cùm incipiens Dominum dixisset: *Propter verba laborum tuorum ego custodivi vias duras.* postmodum jam proficiens canebat: *Viam mandatorum tuorum curriri, cùm dilatares cor meum.* Esti ergo semi-

tas æquitatis cùm ingredi caparis, arcta videntur tibi, cùm tamen eas ingressus fueris, non arctabuntur gressus mentis tuae: sed quod Dominus ait: *lugemus fratre, & omnus leve reperies.* Etenim reprobri in hac vita latum inveniuntur in tenebris. Pedes vero electorum digentur in Matt. 11.  
Matt. 12.

*Et currens non habebis offendiculum.* Quo alacritate admplenda Dei mandata cucurris, eo minus adversa, que te impediant, timebis. Nam quicunque in prava actione defundat, offendiculum in medio cursu reperiunt; quia ex templo, dum non prævidet, rapiunt aponam.

*Comedunt panem impieatis, & vinum iniquum bibunt.* Ita actione scelerum iniqui, quasi epulis delectantur positis. Vel certe vinum damnatorum bibunt, & ebrietibus tollere spicas gaudent, ut esse moris impunitum Scivit.

*Iustorum autem semita quasi lux splendens procedit, & ostendit usque ad perfectam diem.* Iustorum opera in luce scientia peraguntur, & æternam ducunt ad vitam, quia sicut perfecita dies.

*Via impiorum tenebrosa, neficit ubi corrunt.* Dicit & de his Joannes Apostolus: *Qui diligat fratrem suum, in lumine manet, & scandalum in eo non est.* Qui autem eodū fratrem suum, in tenebris est, & in tenebris ambulat, & neficit quod est, quia tenebra obscurocaverunt oculos ejus. Cui contra supradicti sapienti: *Quia currens non habebis offendiculum, id est, scandalum.*

*Omni custodia serva cor tuum, quia ex ipso vita prædicta.* Sunt qui recte vivere videntur hominibus, sed quia recta intentione non faciunt, à Deo, qui eorū respicit pravum, reprobat & vita, quæ credebatur bona. Omni ergo diligentia cordis munditudinem serva, quia ad ejus examen, modus æstimabitur vita.

*Remove a te os pravum, & detrahentia labia prædicta a te.* Duobus modis sentiendum, ut & os tuum, ne pravum loquatur aliquid, tua labia, ne detractionibus afflent, custodias, & alios quoque, quos huic vito subducis nobis, ne corruptant, fugias.

*Oculi tuirella videant, & palpebre tua prædicant gressus tuos.* Iter justitiae, quo ingredi debas, diligenter edice, & in cunctis que agere disponis, sollicitus ad quem finem ventura, prævide. Hoc est enim palpebras recta videntium oculorum tuos præcedere gressus, bonum opus, quod auctur es, sedula cogitatione prævenit, & quicquid cunctum Deum sit, meditando prævidere.

*Dirige semitam pedibus tuis.* Ne videlicet etes in aëribus aut fidei.

*Et omnes via tua stabilierunt.* Ne levitate mensis a bono movearis proposito. Hinc & Apostolus: *Stabilis erit immobiles, abundantius in opere Domini semper.*

*Ne declinet ad dexteram neq[ue] ad sinistram.* Dextra via bona, sinistra accipiter reproba. Non ergo dextera via ambulare, sed ad dexteram declinare prohibetur. Declinata ad sinistram, qui injunctus est: declinat ad dexteram, qui sibi vult arrogare quod justus est: declinat ad sinistram, qui de suis viribus præsumit: declinat ad sinistram, qui pro sua fragilitate deperit, se posse salvani: declinat ad sinistram, qui stultitia famulatur: declinat ad dexteram, qui vult plus sapere, quam oportet sapere. Quod & de ceteris virtutibus ac vitiis eodem modo intelligatur.

*Averte pedem tuum à malo.* Hoc est, ne vel huius illicet à recto devies, quia virtutes discretionem querunt, & nimetas omnis in vicio est.

*Vias enim quae à dextris sunt, novit Dominus.* Id est elegit, & placent illi. Ideo disiplinantes & reprobis dictiora est. Non novi vos: quod est dicere, non vos elegi, non multum placet.

*Ipsæ autem rectos faciunt gressus tuos, itineraria aeterna tua in pace producent.* Si avertitis à malo pedem tuum, si bona, quæ docui, Domino juvante, facere studieris, aderit ipse propius conatus tuis, ut & nunc recte ingredies, & tunc ad pacem valeas pervenire sempiternam.

## CAPUT V.

**E**T I mi, attende ad sapientiam meam, & prudentiam mea in cuncta aures.) Hactenus generaliter castigaverat auditorem, hinc sub specie meretricis ab hereticorum nequitia prohibetur.

*Vt cu stolidas cogitationes, & disciplinam labia tua conservem.)* Cogitationes, quibus recte credas: labia, quibus ipsam fidem per simplicia verba, & confusa atque Ecclesiastica profitearis. Sed iuxta literam: Qui adheret meretrici, etiam labia vel osculando, vel turpia fando, communicat.

*Favus enim distillans, labia meretrici.)* Cum in ore hereticorum, dulcedo eloquentiae non ad sufficiendum colummodo, verum ad superfluitatem resonat: & ob id falsitas, quia apte proferri cernitur, veritas a stolidis exultatur.

*Et nitidus oleo guttur eius.)* Oleo Spiritus sancti Fides Catholica conferatur: quo nitidus suum guttur offendunt qui suum sensum, patrum fidei anteponunt. Patet de meretrici, quia & sermoni suavitatem, & formolitatem corporis ad caprandos miserios querit.

*Novissima autem illius amara, quasi abysmum, & acuta, quasi gladius biceps.)* Potio abysmum intus amarascit in visceribus, gladio foris membra feriuntur. Ut igitur ostendat iniquos in novissima ultione, & interius impleri, & extinsecus poenis circundari perpetui, & abysmum amaritudine illos torquendos, & gladius affligerat trucidandos. Quare autem idem gladius biceps sit dictus, Dominus aperit cum ait: Sed eum timete, qui potest animam & corpus perdere in gehennam.

*Vagi sunt sensus eius, & investigabiles.)* Vagi sunt sensus hereticorum deceptionis, quia alii Christum Deum, alii hominem esse negant: alii carnem accepit, alii animam contradicunt: alii eum de virginie natum, alii spiritum sanctum: alii patrem Deum esse, alii preuentibus veniam dandam esse confiteri prohibent. Et in tam innumera haec pestis se fundit itenerat, ut penitus quot sibi, investigari nequeant. At Catholica veritas, vaga & investigabilis non est, quia una eademque cunctis est agnita, totum per orbem, fidelibus.

*Longè sac ab ea viam tuam, & ne appropinquès foribus domini eius.)* Et Apostolus ait: Fugite fornicationem. Quia nimis primum hujus virtutis remedium est, longè fieri ab eis, quorum praetentia vel illicet, vel cooperetur ad vitium. Sed & ab hereticorum auditu profrus segregari infirmis auditoribus prodest.

*Ne des aliena honorem tuum, & annostuos crudeli.)* Ne honorem, quo ad imaginem Dei creatus es, immundorum spirituum voluntatibus subdas, neque accepta vivendi spacia ad libitum adverteri immisis expandas. Cuicunque enim sceleri quisque subhicitur, in hos profecto dominatu malignorum spirituum mancipatur.

*Ne fori implauerit extranei viribus tuis, & laborestuti sunt in domo aliena.)* Ne daemoniorum facta adiuves, si vel ingenium animi, vel corporis vices ad partanda facinora contradas: domumque alienam id est, numerum perditorum, & adiecto, multiplices. Et pulchre dixit: Labores tuis sunt in domo aliena: quia sunt, qui iuxta Prophetam, ut inquit agant, laborant. Et hereticorum quantum laborem contra Ecclesiam subierint, utinam lateret.

*Et gemas in novissimu, quando coniupserit carnem & corpus tuum.)* Preponendum a superiori, Ne forte. Et est sensus, ideo te castum custodi, ne forte in penitus genere coegari, quando non solum carnales illecebrae transirent, sed & ipso corpore derelicto, anima, que per corpus gefit, cuncta reddere compellitur. Verum etiam in hac vita saepius contingit, ut qui in adolescentia luxuriose vivendo habita disperferant, tempore senectutis inopia deficiant. Et refrigente calore carnis, ac flore iuventutis marcescere, rebus suis quas lascivias viderant, alios uti conspiciant, gementesque sera poenitentia dicant que, sequuntur:

*Cur detestatus sum disciplina, & increpationibus non accuevit cor meum?)* Disciplinam dicit Ecclesiastica fidei, incre-

pationes autem, quibus haeretici, cur ab Ecclesia recesserint, objurgantur. Pater de fornicarijs.

*Pene fui in omni malo, in medio Ecclesia & synagoge.)* Ecclesia & synagoga, græca nomina sunt, & unam eandemque rem latine significant: id est conventum plurimorum ad invicem. Si autem subtilius distinguantur, Ecclesia conformatio: Synagoga congregatio interpretatur. Et verus quidem Dei populus utroque nomine vocabatur. Nunc autem distinctionis gratia, ille synagoga nosfer, Ecclesia dicitur, meritò scilicet Fidei, & scientiæ majoris, quia & irrationalibus creatura potest congregari. Denique dixit Deus, Congregentur aqua in congregationem unam Rationalibus autem solùm & tensibili potest convocari. Verum haec nomina aliquando malorum conventus significant. Unde illud: Exarist ignis in synagoga eorum. Et, Odivi Ecclesiam malignantium. Quod ergo sero ait paucis contemptor lapientia, *Pene fui in omni malo, in medio Ecclesia & synagoge*: videatur misero magnitudinem sua damnationis perpendi, quia nihil penit fuerit sceleris, quo non sit irretitus, qui tantum ineruit tormenta subire. Et hoc ad cumulum accesserit miseria, quod non extremus ipse peccantum, sed medius magis & quasi author exitterit. Vel certe in mediis sanctorum conventiculis corpore positus, alienam ab eis vitam ducere non timuerit. Et de hereticis specialiter sentiendum, quia nec veterum patrum, nec novorum dictis & exemplis potuerunt ab errore recovari.

*Bibe aquam de cisterna tua, & fluentia putei tui.)* Desiderio utere propria mulieris, & ejus ministeris forete devoti.

*Deriventur fontes tui foras, & in plateis aquas suas divide.)* Filium tuum ac filiam alij nuptum trade, & hoc manifeste facito pluribus concijs.

*Habeto eas solus, nec sint alieni participes.)* Solus in tua postestate retine, qualibus matrimonij liberos tuos locutas, nec sint fornicarij vel meretricies, tua sobolia participes.

*Sit vena tua benedicta, & latare cum muliere adolescentia tua.)* Tanta te temperantia cum muliere, quam adolescentis accepisti, etiam cum senueris serva, ut meritò fidelis castitia benedictionem consequaris in prole.

*Cerva charissima, & gratissimus binnulus.)* Illa tibi semper charissima conjux, quæ sicut cerva serpentes, ita perficitur, & tamen quatuor scortas, & suis effuger ab adibus. Sit natus ex ea filius, & ipse castitatis amor gravissimus.

*Vbera eius inebriant te omni tempore, & in amore illius delectare ingiter.)* Non uxori operi semper infandum docet, sed monet ne vel prima vivente, aliam ducas, vel meretrici unquam socieris. Alter, quod ait: Bibe aquam de cisterna tua, & fluentia putei: docet ab hereticis cavadum, & custodia. Scripturatum ac lectio attenendum. Scientiam, inquit, quam prædicas alij, ipse serva, & tui irrigationis sermonis infundere. Deriventur fontes tui foras, & in plateis aquas suas divide. Cum ipse servaveris, tunc & alij prædicta, & in magna auditorum amplitudine, divina eloquia, iuxta uniuscujusque qualitatem dispensa. *Habeto eas solus.* Aquas & in plateis dividimus, & tamen soli possidemus, quando & exterior latè prædicationem fundimus, & tamen per eam laudes humanae minime continequi ambimus. *Nec sint alieni participes tui.* Immundi spiritus participes sunt doctoris, si ejus mentem, vel fastu elationis, dum prædicat, vel haereti, vel alio quolibet vicio corrumpunt. Solus autem aquas possidet, cum membris Ecclesie fideleri connexus ab extraneorum consilio se liberum servat. *Sit vena tua benedicta, & latare cum muliere adolescentia tua.* Sit doctrina tua, & quicunque nascentur ex ea, in benedictione Ecclesie, & latare cum ea, cui ab adolescentia, id est, à primo credendi tempore coniunctus es. *Cerva charissima, & gratissimus binnulus;* ubera eius inebriant te omni tempore, in amore eius delectare ingiter. Cerva charissima, sive gratissima, ut quidam codices habent, sancta est Ecclesia, quæ serpentinam solet odio habere, & contere doctrinam. Granissimus binnulus, populus est, ejus virtutum varietate delectabilis, & eadem casta fidei tempus & amulatione succensus. Cuius ubertibus inebriatur, cum utriusque Testamenti paginis contra habe-

*Psa. 105.  
Psal. 25.*

ticorum fraudes instituimus. Cujus pace & amore jugiter delectari, magna est exercendarum occasio virtutum.

*Quare seducerū sili mi ab aliena, & soverū sinu alterius?*) Et de meretricie, & de hæreti tentiendum,

*Reficit Dominus vias hominu, & omnes gressu illius confidat.*) Non se putent adulteri tenebris noctis ad partem obtegi, non hæretici sua molimina posse celari; quia tenebrae non obscurabuntur a Domino, & nox sicut dies illuminabitur.

*Iniquitates sue captiū impium, & funibus peccatorum suo, rūm constringitur.*) Dicit inter peccatorē & impium, quia peccator appellatur omnis, qui vel in parvis vel in magnis sceleribus decidit; impius autem, qui vel nunquam fidem recipit, vel enoritate scelerum ab ea quam accepit, anathema factus est: ut hæretici vel catholici publicis flagitiis involuti, qui funibus peccatorum suorum constringuntur, cum incelsabili augmento sue pravitatis intotent. Qui enim funem facit, torquendo semper & involvendo filii augeat. Talis est fortitudo operum malorum tales libri hæreticorum, in quibus pravae neccentes, non aliud scribendo quam quo arctius obligant, agunt.

*Ipsa morietur, quia non habuit disciplinam, & multitudine sceleris sua decipietur.*) Quia multa de adulteris vel hæreticis diputaverat, more suo in clausula narrandi, qualis sit talium finis, ostendit: id est, quia ad mortem tendunt eternam, qui disciplinam detestantur vita. Multitudinem autem scelerum dicit, cum hæretici se sapientiores sanctis patribus autem, vel cum opera cerebrarum facientes iniqui, aut Dominum haec non videre, aut se facile eius iram putant tolerare posse.

#### CAPUT VI.

**F**ILI mi, si sponderis pro amico tuo, dixisti apud extraneum manum tuam.) In promptu litera sensus: quia suaderet ei qui spondot pro amico, ut ipsum amicum sollicitus admoneat, quatenus redditia pecunia, quam debet creditor, & se & ipsum liberet. Allegoricæ autem in hac triocha doctorem: porro in sequente, vagantem quemlibet, ut se cautè gerere debeat, intruit. Dicit enim præceptor: Si sponderis pro amico tuo, dixisti apud extraneum manum tuam. Quod est aperte dicere: Si animam fratris in pericula tuae conversionis acceperis, iam ligasti mentem apud curam sollicitudinis, que ante debeat.

*illaqueamus es verbū ori tui, & capius proprijs sermonibus.*) Quia dum commissis tibi cogeris bona prædicando dicere, te ipsum prius necesse est, quæ dixeris, custodire.

*Fac ergo quod dico sili mi, & temetipsum libera, quia incisus in manum proximi tui.*) Discurse, festina, sulcata amicum tuum. Non tantum ipse bene vivendo vigilare mentem, sed & illum, cui præs, à peccati torpore prædicando disjunge.

*Nedederū somnum oculū tuis, nec dormitent palpebra tue.*) Somnum dat oculi, qui subditorum curam omnino negligit; dormitar autem, qui quidem reprehensibilia eorum gesta cognoscit; sed hæc, propter mentis tedium, digna invectione non corrigit.

*Eruere quasi damula de manu, & quasi avis de laqueo.*) Volut damula de manu captantis querit evadere, tantum niter, ut auditore tuo salubriter instituto, ipse à sponstone vitæ eius liber redarris. Vel certè, quia damula mundum natura est animal, velox curiu, vifugue acerrimum. Unde & Græcè ἀντί τοῦ διέπειν, id est à videndo dorcas nuncipat. A vis autem, volando ala petere convevit. Cum in docendi occupari subditus, mundis à peccatis omnibus, strenuus in operibus bonis, perficcas in deprehendendis malorum inuidis, & virtutum pennis fulcis esse fatage: quatenus explete prædicandi negotio, ad superna transylvate, & celestis vita pacua merearis intrare.

*Vade ad formicam à piger, & considera vias eius, & disce sapientiam.*) Hinc vagantem horatur quemlibet, ut si ad aios erudiendos non sufficit, saltē suinet curas agere non neglegat; & si sapientiam docendi nequit ab homine,

vel operandi sapientiam discat à formica.

*Qua cum non habeat ducem, nec præceptorem, nec principem parat in aestate cibum sibi, & congregat in messe quid comedat.*) Si tantillum animal præcipue carens, & rationis operis, natura duce sibi prævidet in posterum, multo magis tu ad iutus, doctorum magisterio adiutatus, ipsum conditum habens ducem, debes in præfenti, bonorum opem fructus congregare, quibus in æternum vivas in ætum. Hac enim vita id est melius comparata & aetatis, quod nunc ardore tentationum, tempus est colligendi futurorum præmia bonorum. At dies judicii, hyems similares frigoris, quia tunc nimic nullum nulla relinquunt, facultas pro vita laborandi, sed tantum cogitur quicunque de hoc ore proficere, quod recondidit, proferre. Unde & dominus præcipit, dicens: Orate aetatem, ut non fiat fuga refractory, me vel abbato. Hyeme enim facultas, fabbativo licita per legem dei, fructus vitae colligendi, ac penitiam fugiendi perpetuam.

*Vsquequid piger dormies? quando conserges à somno tu? Paululum dormis, paululum dormit abu, paululum conserges matut. dormis.*) Ulquequid dormis in virtutis? Quando potes resurgere ad bene operandum, qui noxio torpore deperitus semper dicis, Paululum adhuc jaceam, & sic poteris prout tendere resurgam? Fis namque, ut te semper differente opus bonum, repetere judex, qui mala tua facta confidat, adiutorum Hoc est enim quod sequitur:

*Et venit tibi quasi viator egredias, & pauperes quasi viri a matu.*) Egredias namque & pauperes, poena effulsum: in qua damnati nihil divitiarum merentur: quasi viator veniet, quia improvisa est subiranea, quasi vir armatus, quia devinci perpetuè non potest. Patet juxta literam, quia primitus nutritus est egredialis & pauperis.

*Si vero impiger fueris, venies ut fons mesius tua.*) Fructus terreni, quos metimus, non fonti compitantur, sed cisterne, quia ad tempus pascunt colligentem, & in tempore deficiunt: at qui impiger fuerit pro celerbibus labore dividetur, huius messis, ut fons adveniet: quia metadem labrum indificientem perficiet.

*Et egredias longè à te fugiet.*) Quia satiaris, inquit, dum manifestabitur gloria tua.

*Homo apostata, vir inutili graditur ore perverbo, amictus, terit pede, digito logitur, pravo corde machinatur malum & in omni tempore iurgia seminat.*) Dixerat de hæretibus, & alius vitiorum generibus: infirmatur præceptor, excitavit pictum, at nunc redarguit chisianicum. Ubi notandum, quia quem seminat iurgia diceret voluit, prius apostolam nominavit: quia nisi more superbientis angelorum conspectu conditoris prius intus avertens menis caderet, postmodum usque ad seminandum iurgia non veniret. Qui recte dicitur, quod annuit oculi, terit pede, digito logitur. Interior namque est custodia, quae ordinata levare membra. Qui ergo statum mentis perdidit, in instantiam motionis, foras fluit: atque exterior mobilitate indicat, quod nulla radice interior subsistat.

*Sex sunt qua odit Dewo, & septimum detestatur anima eius.*) Eundem quem luprā plenius quād sit. Deo odibila, discordiam seminando infundat. Quod autem animam Dominus dicit, humano more facit, ut eum plena intentione & non leviter tales odisci significet. Tale est Elias: Celandas vestras & solennitates vestras odisit anima mea. Oculis sublimis, linguam mendacem, manus effundentem innoxium languinem, cor machinans cogitationes peccatis, peccatis veloces ad currentem in malum, præferente mentis acti, item fallacem, & eum qui seminat inter fratres discordias. Enim rat lex capitalia cumine, quæ tamē comparatione dilectorum fratrum inimicis, qualis minora deposit: quia nimis magis est facinus illud quo unitas & fraternitas, que per ipsius ritus sancti gratiam est connexa, dissipatur. Potest enim quilibet oculos jaclanter extollere, linguam mentiri, homicidio pollui, mala proximo machinari, alii celerbibus membra lumbdere, falsum contra quempiam testimonium proferre. Quod non idem esse putandum est, quod super illam guam mendacem nominat. Potest enim mendacem, sed

non contra proximum dici. Nam & beatus Augustinus ostendit genera mendacii, in libro quem de mendacio compostrit, docet. Potest, inquam, perditus quisque huiusmodi mala vel libimeti, vel aliis inferte, pace invata Ecclesiæ. At Donatus & Arius, eorumque sequaces, gravius est quod fecerunt, qui concordiam fraternæ unitatis, discordias seminando sciderunt.

*Conferat filii misericordia patria tua, & ne dimittas legem matris tue.) Nunc sub adulterio mulieris specie prohibet ab auditu one hereticos.*

*Liga ea in corde tuo ingiter, & circunda gutturi tuo.) Et in cogitatione præcepta Domini fixa retine, & loquela tuorum horum undique dulcedine, ne forte in lingua labaris, communio.*

Cum ambulaveris gradiantur tecum: & cum dormieris, custodiante te, & evigilans loqueretur cum eu. Tanta sit tibi meditationis D. legis, ut cum vigilans aliquid operatus fueris, hanc sedula mente recolas: cum dormire velis, in hujus memoriā quiescas: cum evigilaveris, hanc primò ad mentem revoces, sic enim fiet, ut nec vigilans offendas, nec à timore nocturno lœdari. Alter: Cum ambulaveris in profectu iustitiae, gradiantur tecum mandata Dei, ut te instruant: cum dormieris in morte, custodiatur animam tuam, ne rapiat hoīs: cum evigilaveris in resurrectione, loqueretur cum eis experendo p̄m̄ia, quæ tibi, si ea servares, promiserant.

*Ne capias nutibus illius.) Patet de adulteria. Sed heretici est bene vivere & agere videntur, vide ne seducatis eorum doctrinam.*

Precium enim scorti vix unius est panis.) Recordare quia brevis voluptas fornicationis, & perpetua est pena fornicatoris. Sicut enim unus panis diu nrum solum effugat esurium, & nihilominus postmodum esurit, qui comedere pane saturatus abscesserat: sic qui intrat ad scortum, ad horum quidem evaporat libidinem, sed post paululum ardor redit.

Nanquid homo abscondere potest ignem in sinu suo, ut vestimenta illius non ardeant? Soli ei conceditur hereticorum liberos legere, qui adeo solidatus est in fide catholica, ut verborum dulcedine vel aeternitatem nequeat ab ea segregari.

Non grandis est culpa cuiusquam fuerit suratus, &c.) Furtum non ex sui affirmatio, sed ex comparatione peccati majoris, id est adulterii, non grandis esse culpa peribetur: sicut Hierusalem gravius peccanti dicitur: *Insubiata est Sodoma ex te, non quia Sodoma nulla vel paucis, sed quia Hierusalem plura peccavit.*

Quia zelus & furor viri non parcer in die vindictæ, nec acquiescat cuiusquam precibus, nec suscipiet pro redēptione dona plurima.) Ecce Dominus intelligendum, quia qui nunc parcit reprobus, non parcer in die mortis: nec acquisicet precibus ferro clamantium ad te: nec dona, quorum ibi tempus & facultas non est, suscipiet. Zelatus enim, si quis sponsam suam, id est Ecclesiam, live animam quamque fidem corrumpebat prælum.

## CAPUT. VII.

*Fili mi, custodi sermones meos, & reliqua.) Et haec periocha eadem, quæ superius sub hereticis persona, plenius explicatur.*

*Et legem meam quasi pupillam oculi tui.) Tam sollicitè serva qua doceo, quasi nihil recti sine his apicere valeas,*

*Ligas am digitum tuum, scribe illam in tabulis cordis tui.) In digitis, in astribus dicitur tabulis cordis, in latitudine cogitationis. Denique & alia translatio sic dicit: *Describe eam in latitudine cordis tui.**

Dic sapientiam, foras meas, & prudentiam voca amicam tuam, ut te custodias à multa extranea, & ab aliena, que verba sua dulcia facit.) Sapientiam Ecclesiastica doctrina, foras tibi dilectione conjunge: ut haec te à pollutione servet heretica, que à castitate Ecclesie probatur extranea.

*Defensera enim domum meam per cancellos prospexi, & video parvulos.) Aperte autem Salomon defensera domus sue, per cancellos prospexisse dicit, ut parvulorum gesta diju-*

dicaret. Qui enim de fenestra per cancellos prospicit ipse quidem ea quæ foris aguntur, plenè considerare sufficit: nec tam ipsum, qui foris est, intra legem etem aspiciunt. Namque hoc est quod ait Apostolus: *Spirituus judicat omnia, ipse autem à nomine judicatur. De fenestra igitur, & cetera. Patet juxta literam, quia sapientium aspectus magistrorum & infirmorum actus sedulò speculator, & fortium: at aeterna Dei sapientia de celo prospicit, & videt omnes filios hominum.*

*Confidero recordem juvenem, qui transit in platea juxta angulum, & Juvenem vocat adulterum, non propter virtutem, sed propter instabilitatem. Qui transit in platea, quia defensit angustum viam, quae dicit ad vitam. Iuxta angulum, quia deflebit à rectitudine.*

*Et pro via viam domus illius graditur.) Quia via veritatis declinavit, merito via domus meretricis vel heretici appropriat: quæ recte, juxta quod exposuimus, & in platea, & juxta angulum posita est.*

*Et obsecro adverba recente die, in noctu tenebris & caliginem.) Quia jam talis per exercitatem cordis, ad tenebras festinat, & peccati & damnationis.*

*Et ecce mulier occurrit illi ornata meretricio, preparata ad capienda animas.) Patet hanc cuncta juxta literam de meretriciis operibus: verum doctrina heretica quemcunque incautum reperit & recordem, hunc decipere tentat. ipsa etenim apparuit ornata meretricio, quia immunda præfulget eloquentia. Preparata est ad capienda animas, quia quoscunq; sibi afflictere potest, spirituali morte perimit.*

*Garrula & vagia, & quietu impatiens.) quietem Ecclesiæ turbare desiderans.*

*Ne valens in domo confistere pedibus.) Nulla est heres, quæ contenta sit primis discipulis. Hi sunt enim domus eius, sed tempor novos, quos decipiunt, querunt.*

*Nunc foris, nunc in plateis, nunc juxta angulos infideli.*

*Foris, cum paganos rapit: in plateis, cum voloptuosos: juxta angulos, cum alios hereticos.*

*Apprehensumque deosculatur juvenem.) Verborum fallaci, um blandimenti tentat instabilem.*

*Et procaci vultu blanditur, dicens: Vidi mas pro salute debui, hodie reddidi vota mea.) Juxta literam patet intellectus: quia meretric convivium se permagnificum præparasse fatetur. At heretici in cunctis, quæ agunt, vietas tue salutis Deo intromolare autunt ac gestunt. Nam & Dominus ad discipulos: *Sed veritatem inquit hora, ni omnis qui interficit vos, arbitretur se obsequium praefare Deo.**

*Intextu funibus lectum meum, stravit apertibus pīctū ex Aegypto.) Solent lecti, qui ex funibus, vel juxta aliam translationem, intexti sunt, molliores fieri, quam qui ex ligno, vel corio, vel qualibet alia materia substerneantur. In lecto ergo funibus in exto meretrix, molliitem quietendi designat. In taperibus vero pīctū ex Aegypto, etiam oculorum tenta illecebros, quibus nefando aspectu irretitis, facilis ad inducendam mentis arcana penetret. Quia vero nomine funium aliquando solent divina præcepta figurari, quæ a nostris nos voloptibus coercendo religant, promittunt le heretici contextu verborum celestium fulubre suis auditoribus quasi stratum parare, in quo à virtutum tumulibus libero corde quietant. Sed veraciter illis funibus peccatorum construunt lacum perditionis, ubi perpetuo pedes manusque alligati, dannentur. De quo Dominus in Apocalypsi: *Et dedi, inquit, illi tempus, ut penitentiam ageret, & non vult penitentia à fornicatione sua. Ecce mitto eam in lectum, & qui machinantur cum ea, in tribulatione maxima erunt. In taperibus vero pīctis ex Aegypto, ornata eloquentia, & versu dialectica artis, quæ ab ethniciis originem sumuntur, intelligunt, per quam mens heretica sensum doctrinæ pestilenus, quasi meretrix, totum facinoris texisse gloriantur.**

*Afferi cubile meum myrra, & aloë, & cinnamono.) Promittunt le tales odores habere celestium virtutum, quibus sua suorumque corda velut cubilia venuta conferentes ut dicere possent cum Apostolo: *Quia Christi boni odor sumus Deo.**

*Veni inebriemur uberbibus, donec illuc secat dies.) Doctrinæ*

sæcæ poulis se invicem satiandos jaçant hæretici , & virtutum gratia conjugendos , donec eorum gesta,lux les quatuor æternæ.

*Non est vir in domo sua, abiit via longissima.)* Non est, inquit , Christus corporaliter in Ecclesia. Surgens enim à mortuis ascendit ad cœlum, nobisque ministerium gubernans Ecclesia, ut videlicet domus reliquit.

*Sacculum pecunia secum tulerat.)* Gloriam resurrectionis, & immortalitatis decus, eum detulit, quo illius patria civitas lætitaret ac ditarat.

*In die plena luna reversus est dominus suam.)* In tempore quo electorum suorum Ecclesia numerum compleverit , revertetur ad judicium.

*Statim eam sequitur, quasi bos ductus ad vigilam.)* Id est, quasi stultus nesciens ipse ductus ad interierum.

*Et fortissimi quiq[ue] interficiuntur ab ea.)* Ut ipse Salomon sapientissimus virorum, ut Samson fortissimus, ut David mansuetissimus à mulierum decipula, ut Origenes ab hereticis doctrina, quem post Apostolos Ecclesiae magistrum fuisse, quondam recte lapuit, qui negaverit, erat.

*Via inferi domus eius, penetrantes interiora mortis.)* Sed & de Ecclesia Dominus ait: *Quia porta inferi non prevalebunt adversus eam.* Interior autem mortis , acerba gehennæ tormenta, quasi acriora & obscuriora dicit, quibus hæreticos & fornicators constat esse mergendos. Sicut de sanctis pro Domino in hac vita patientibus adversa dicitur: *Et misit eos custos interiorum carcerem, atrociorum videlicet, fodiorem & obscuriorum.*

## CAPUT VIII.

**N**UNQUID non sapientia clamitat? & prudentia dat vocem suam?) Nunquid non Dominus palam locutus est mundo? & in occulto locutus est nihil? Quid ergo negliget eum Evangelio ad hæresim potius , vel laetivæ suasionem, quæ in angulo susurrant, audiendam militer confluunt?

*In sunnū excelsi, verticibus super viam, in medijs semitis flans juxta portas civitatis.)* In monte discipulos simul & turbas docuit, sed & per vias lœpæ in quæ conveniebant, prædicabat, & eos qui curari indigebant, sanabat. In ipsa etiam porta civitatis Nauim mortuum resuscitans, exemplo miraculi verba, quæ docuerat, commendabat: *Et quid sequimini eos, qui in abdito contra eum suas exauerunt lingua?*

*In ipsis foribus loqueretur, dicens: o viro ad vos clamito, & vox mea ad filios dominianus.]* Ad viros clamitat, id est ad strenuos verbi auditores in utroq[ue] sexu. Nam qui scemeina, id est, fluxa mente sunt, sapientia verba percipere nequeunt.

*Intelligite parvuli astutiam, & insipientes animadverte.*) Manifestum de Domino, quia cum esset ipse in mundo, omniæ etati, lexi & conditioni locutus est verbum: in òmni etiam clamabat flans in templo: *Si quis sicut, veniat ad me, & bibat.* Et nunc per doctores Ecclesiæ (ipsi enim sunt fores civitatis ejus) vires simul & feminis, sapientibus & insipientibus, grandiis prædicat & parvulis, at contra, doctriña fallax, clam & privatim, quos deducere valeat, querit.

*Audite, quoniam de rebus magnis locutus sum.)* Magnis nempe, quia regnum celorum & promisit & dedit, fidemque sanctæ Trinitatis docuit, atque alia innumera , quæ prophetæ ei loquenda reliquerunt.

*Et aperientur labia mea, ut recta prædictent.*) Labia ejus sunt duo Testamenta, concordia ad invicem , veritatis & atestatione conjuncta , quæ ipsa in carne apparente per sancti Spiritus donum sunt ad prædicandam salutem, universum aperta per orbem,

*Accipite disciplinam meam, & non pecuniam; doctrinam magis quam aurum eligit.*) Non potestis Deo servire, & mammonem.

*Ego sapientia habito in consilio, & eruditus intersum cogitationibus.*) Vbi dico vel tres congregati fuerint in nomine meo, ibi sum in medio eorum.

*Arrogantium, & superbiæ, & viam pravam, & os bilingue detestor.*) Arrogantium & superbiæ in iis , qui se ceteris meliore exaltant: viam pravam in eis , qui aperte mala faciunt: os bilingue in eis, qui in bonis qua sequuntur, sta-

bile quippiam non habent, sed juxta auditorum libitum sua verba commutant.

*Meum est consilium, aequitas, mea prudensia, mea fortitudo.)* Non se extollat humana presumptio ; plenitudinem virtutum sola Dei sapientia possidet , & ab hac humana infirmitas, quicquid virtutis habet, accipit.

*Per me reges regnant, & legum conditores infra ducuntur; per me principes imperant, & potentes decernunt iustitiam.*) Reges dicit Apostolos, five alios sanctos , qui & seipso primi , & deinde Ecclesiam sibi subditam bene regere lecunt: Legum conditores, autores utriusque Testamenti, & sequentes Ecclesiæ scriptores : Principes & potentes, certos fideliūm præceptores ac rectores appellant. Qui unius omnes non nisi per sapientiam, ut essent aliiquid, habent, Ait enim: *Quia sine me nihil potest facere*

*Ego diligenter me, diligo: & qui manè vigilaverint ad me, invenient me.)* Tale est in Evangelio. Qui autem diligenter me, diligitur a patre meo, & ego diligam eum, & manifestabo ei meipsum. Manè quippe vigilant ad sapientiam, qui tempore innovatio mentis studio , ad Christi visionem pertingere fatigunt.

*Mecum sunt divitiae & gloria, opes superbe & justitia.* Opes superbas, opes excellas dicit, ut coelestia dona signifiquent. Græce enim superbus hyperion, id est supercopious dicitur. Et ideo recte sapientia opes hyperionas fecum esse dicit, quia quiquid donorum coeli sunt datur fidelibus, cunctis mundi opibus excellentius esse probatur. Quod etiam addendo iustitiam manifestius inculcat. Nam terrenas opes, & gloriam sapientius habent iniqui: nos autem in relucrione, sicut Petrus ait, novos celos, & novum terram, & promissus ipsius expectamus, in quibus iustitia habita.

*Dominus posset me in initio viarum suarum.)* Via Domini sunt opera ejus , quorum consideratione ad fidem vel agnitionem pervenit homo. Invisibilia enim ipsius à creatura mundi per ea quæ facta sunt, intellecta complicantur. Via ejus sunt ipse illuminationes, per quæ & angelicis spiritibus, & mentibus ostendit humanis. In quarum initio viarum sapientiam posset dicit, quia in primis creaturæ nascuntur, filium qui cum eo cuncte disponunt, habuit. Sed ne putaret aliquis, harū initio viarum, vel aliquando ante tempore filium esse cœpsisse, vigilanter adjunxit.

*Antequam quicquam saceret à principio, ab aeterno ordinatus, & ex antiquis antequam terra fieret & cetera aliquæ dicit:* Quando appendebat fundamenta terre, cœvorum corda componens.) Cui simile in Evangelio: *In principio erat Verbum, & Verbum erat apud Deum, & Deus erat Verbum.* Omnia per ipsum facta sunt. Pereum ergo , qui negat Dei viatem, & Dei sapientiam, videlicet Christum ab initio, immo & ante omne quod dici vel cogitari potest, in omnem ab ipso parte suis progenitum. Alia translatio hoc loco ita incipit: *Dominus creavit me principium viarum suarum in opera sua.* Quod de incarnatione Domini dicitur patres intelligunt, dicentes, quia certi gratia mystici dicit, *Domine creavit me, & non pater creavit me.* Caro, inquit, Dominus agnoscet, gloria patrem signat. Creatura Domini constitutus, Charitas patrem nominat principium vel in principio viarum suarum: ut ipse ait, *Ego sum via: quia urgens a mortuis, iter fecit Ecclesia sua ad regnum Dei, ad viam eternam.* In opera sua, quia ad redimendam operam patris, ex virginis creaturæ, suscipiens carnem, ut opera patris cor ruptæ servitio liberaret. Caro enim Christi propria opera, divinitus ante operâ.

*Et delectabar per singulos dies, ludens eorum et omni tempore, ludens in orbe terrarum.* Et delicia mea esse cum filiis hominum.) Ludentem, dicit gaudentem. Erat ergo ludens eorum patre per singulos dies, quia ut propheta ait: *A principio ex diebus aeternis gaudebat ut unum esse eum patre.* Erat omni tempore ludens in orbe terrarum , quia & cum tempore orbis ac creaturæ esse cœpsisse, ipse quod era in patre, filius permanebat. Hæc dico, ne quis eum cum creaturæ & temporibus cœpsisse perhibeat. Et delicia ejus sunt eum cum filiis hominum: quia desiderat in animo nostro quicquid, & nos bonorum gratia meritorum ad levidendum perducere.

*Beatus homo, qui audit me, qui vigilat ad fines meas quotidianas, & observat ad postes ostium meum.)* Fines suas & postes ostium suum, scripturas sanctas, & earum doctores nuncupant: sine quibus ad vitam, quam pollicetur, non valemus ingredi.

## CAPUT IX.

**S**APIENTIA adificavit sibi domum.) Quia aeternitate diuinitatis Christi sufficienter dixerat, addit & de auctoritate humanitate dicere: *Sapiens agitur adificavit sibi domum quia hominem filius Dei, quem in unitate sue personae fulciperet, ipse creavit.*

*Excidit columnas septem.)* Ecclesiast per orbem septiformi gratia spiritus erexit; quae dominum ejus, id est mysterium incarnationis ejus, ne perfidiorum improbitate memoria tollatur, credendo, colendo & praedicando, quasi sustentant continenter. Vel certa sapientia domus, ecclesia Christi est. Columnae autem doctores sanctae ecclesiae septiformi spiritu pleni, quales fuerunt Jacobus, Cephas, & Joannes. Qui nimirum columnas sapientia excidit, qui ab amore presentis tunculij disjunctas, ad portandum eisdem Ecclesia fabricam, mentes praedicantium extexit.

*Immolavit victimas suas.)* Suis passionibus Ecclesiast conjectavit, vel vitam praedicanum macerata in persecuzione permisit. Quibus videlicet victimis contraria sunt victimae mortetrici, ad quas stultos invitavit, ut supra lectum est, dicens: *Victimas pro salute debui, hodie reddidi vota mea.*

*Misericordia sua, ut vocaret ad arcem & ad mania civitatem.)* Praedicatorum infirmos ac despiciabiles elegit, qui fidei populos ad superiorem patriam coelestis edificia colligent.

*Si quis parvulus est, veniat ad me: & insipientibus locuta est.)* Parvulos dicit humiles insipientes vero eos, qui de mundana sapientia tanta nihil habent. Tales autem vocat, ut eos sua doctrina sapientes reddat, & altos.

*Venite, comedite panem meum, & bibite vinum, quod misericordia vestris.)* In pane, divina eloqua: in vino mixta, conjuncta in unam Christi personam, deitatis & humanitatis ejus natura exprimitur, ut supra dictum est. Vel certe in pane, corporis ipsius; & in mixto vino, sanguinis acrosticum mysterium, de quibus in altari, mensa videlicet ejus, satiatur, ostenditur.

*Relinquo infamiam, & renite, & ambulate per vias prudentie.)* Post oblatas epulas addit & vita monita, ut quos conceperis sua incarnationis mysteriis refecit, doctrinam patiter instituit veribus.

*Qui erudit derisorum, ipse sibi facit iniuriam: & qui arguit impium generat maculam sibi.)* Quasi interrogares, cur sapientia parvulos praeter ceteris, & insipientes ad suas invitaret epulas? id est, inquit, feci, quia frustra laborat, qui verbum sapientie inculcare nititur et qui audire contemnit, sapientiam le docere, & majorem existere credens.

*Noli arguere derisorum, ne oderit te.)* Non est timendum, ne tibi derisor, cum arguit, contumelias inferat: sed hoc potius providendum, ne tractus ad odium pejor fiat. Ideoque tibi aliquoties ab eius correptione, non tuae timiditatis, sed dilectionis ejus gratia celsandum.

*Argue sapientem, & diligit te.)* Sapientem in profectu positum, id est, amatorem sapientiae dicit, quem super tam humilitatem parvulum nuncupavit. Nam perfectus sapiens non habet opus argui.

*Mulier stulta & clamosa, plenaq; illecebris, & nihil omnino sciens, sedet in foribus domus sua super sellam.)* Mulier haec haeresis est, contra ratiocinum sapientiae, quae sua superius facta cruentu cecinit. Sedet autem & ipsa in foribus domus sua; id est, in doctoribus falsitatis, qui in penetralia per fiduciam, miseros fallendos introducunt. Super sellam autem, qui cathedram sibi praedicationis usurpat. Haec est cathedra pestilentiae, in qua beatus vir sedere detrectat.

*In excelso urbis loco.)* Dicit sapientia, quia in summis

excelsisque verticibus dat vocem suam: sed illa in sublimitate virtutum, haec in supercilie elationis attollitur.

*Vt vocaret transeentes per viam, & pergentes itinere suo.)* Vocat haeresis ad perfidiam sepe Catholicos, quos iterum agere, viam seculi hujus transire citius velle, atque ad aeternam patriam festinare conspicit.

*Quis est parvulus declinet ad me. Et recordi locuta est.)* Et sapientia parvulos atque insipientes ad suum convivium pene eisdem verbis videtur invitare. Sed diffat, quod illa simpliciter ad se venire: haec autem, quod vocat, ad se declinare iudicat. Quia illa nimis ad rectum actionis iter, quos errantes certit, accersit: haec recte gradientes ab itinere suo deviare, & ad se divertere docet.

*Aqua surixa dulciores sunt, & panis absconditus suavior.)* Sapientia palam mensam suam proposuit, & misericordia vinum suum at stulta mulier nihil meracum habens, ad aquas surixas, & absconditum panem, quoconque valet, aggregat: quia Catholica Ecclesia palam mundo divinorum eloquiorum convivia pandit, divinitatis & humanitatis Christi mysteria celebranda praecipit. Vel certe in vino mixto historicam simul & allegoricam auditoribus suis scientiam propinat, ut pro suo quenque capitu, vite pociis reficiat. At haeticorum doctrina publicae fidei & professionis sua secretum deponit: & cum nil spirituale habeat, suaviorem se Catholicis pastoribus scientiam jactat docere, ut scilicet libertus audiatur & agatur quae palam in Ecclesia dici credique prohibentur. Et dulcissima hauriatur insipientia, que putatur scientia, cuius prohibita furatur audientia. Potest in aquis surixis baptisma haeticorum, in pane abscondito, corundem sacrificium designari. At juxta literam, mulier adultera in aquis surixis & pane abscondito, prohibita & illicita connubia dulciora esse affverat.

*Ei ignoravit, quod gigantes ibi sint, & in profundis inferni conviverent.)* Nescit adultera, nescit haeticus, quia immundus spiritus suas domus habitant: & qui in profundis inferni penas luunt aeternas, ipsis actibus luxuriorum, ipsis haeticorum dogmatibus, quasi convivis delectantur opimis. At cum sit in Ecclesia Christi sacramenta celebrantur, Christi verbum auditur & conservatur (qui est sapientia Dei). constat, quod angelicæ virtutes ibi sint, & in excelsis cohercunt convivæ fidelium. Panem enim cœli dedit eis: panem angelorum manducavii homo.

Psal. 77.

## BEDÆ PRESBYTERI IN PROVERBIA SALOMONIS

## LIBER SECUNDUS.

**P**ARABOLÆ Salomonis.) Novum ponit titulum, quia novum genus locutionis incipit: ut non sicut prius de singulis bonorum malorum partibus diutius disputet, sed alternis versibus actus uerorumque describat.

## CAPUT X.

**F**ILius sapiens letificat patrem: filius vero fructus, mœstitia est matris sue.) Qui accepta fidei mysteria bene terret, letificat Deum patrem: qui vero haec actionem mala vel haeresi commiscatur, matrem concritat Ecclesiam.

*Non proderunt thefauri impietati: iustitia vero liberabit a morte.)* Et transitoria morte sapientis, ut Danielem, & tres pueros: & a perpetua tempe justitia liberat. At vero thefauri per impietatem congregati, et si aliquando a morte corporali videtur eripere, plus tamen mali pro impietate qua acquisiti sunt, quam commodi in eo quod pro vita sunt dati conficiunt.

*Non affligit Dominus fame animam iusti, & insidias impiorum subvertit.)* Et si quando injunctum impioi fame affligunt, vel etiam necant, non laudent animam ejus, quem Dominus in vita futura sua gloria visitationis consolatur: qui & caldem impiorum insidias in ipsis iuste judicando retorqueret.

Egeſtatem operata eſt manus remiſſa, manus autem fortium dicitur parat. ) Qui negligenter vivit in hoc ſeculo, egebit bonis in futuro: at qui fortiter Domino militat, dicitur aeterna beatitudinis remuneratur.

*Qui congregat in melle, filius sapiens eſt: qui autem sterit astate, filius confusus.*) Qui congregat Christo animas fideliū, filius sapiens eſt. Et quidem meſu has multa eſt, operari autem pauci. Qui vel hoc tempore acceptabili a ſua falute curanda torpelic, confundetur in die tribulationis.

Benedictio Domini ſuper caput iuſti, os autem impiorum operari iniquitas. ) Iuſti dicunt in iudicio: Venite benedicti patris mei, percipti regnum. Os autem impiorum, quod conſelatione, ebrietate, & colloquij malis ſervicebat, iniquitate, quam gemit, condemnabitur. Denique os illius opertus iniquitas, qui in tormentis poſitus lingua ſibi, in qua ob plura ſcelera plus punitus eſt, refrigerari quaſiavit.

*Memoria inſi cum laudibus, & nomen impiorum patueret.*) Et in hac vita boni bonos, live viventes, five defunctos laudibus effertur: impiorum autem & actus detestantur, & nomen. Et in vita futura iuſti in Dei laudibus vivunt, reproborum autem horor, nomenque, laudesque putribus gehennæ ſupplicij mutantur, ubi vermis eorum non morietur, & ignis non extinguetur.

*Qui ambulat ſimpliciter, ambulat confiderenter: qui autem depravat vias ſuas, manifes tus erit.*) Qui ſimpliciter ſe vivere novit, facile cuncta pernit adverba, quia ſe per hanc ad gaudia venturam eſe confidit, dicens cum Prophetā: Dominus defenſor eſt vita mea, & quo trepidabo? &c. At qui pravis incedit vijs, nolens licet, patet, ac digna factis recipit. Nihil enim occulatum, quod non revelabitur.

*Qui annuit oculo, dabit dolorem.*) Qui nutibus oculorum irridet aliquem, non evadet ſine dolore tormenta ac penitūdinis. De qualib[us] dicit Psalmista: Qui oderunt me gratiu, & annuebant oculi: vel certè qui annuit oculo, dabit dolorem, qui a filio ſtultus eſt moſititia matris ſue.

*Stultus labys verberabitur.*) Vel ſuis videlicet, quibus damnari meruit, quia mors & vita in manibus lingua: vel eorum, à quibus, quia corrigit non potuit, ſentientiam damnationis accepit, quomodo Psalmista cum ait: Domine libera animam meam à labiis iniquis, & à lingua dolosa. Utrumq[ue] à Domino querit, ut & ipſe labia iniqua, & lingua dolosam non habeat, & aliorum iniquitate, & dolis minimè poſſit decipi.

*Vena vita, os iuſti.*) Et Dominus de doctoriis: Qui credit, inquit, in me, ſicut dicit Scriptura: flumina de ventre eum fluent aqua viva.

*Et os impiorum operari iniquitatem.*) Impiū ſunt, qui vel ſua, vel proximorum errata, nead ſanitatem perveniant, defendendo contegunt. Quod execrare Prophetā Dominiū orat, ut non declinet cor ſuum in verbura malum, ad excusandas excusationes in peccatis.

*In labiis sapientia invenitur sapientia, & virga in dorso eius qui indiget corde.*) Virga in dorso, eft vindicta in posteriōribus, id eft in ſequenti vita: quia bene plaga illa famola, qua Philippi in manibus feriebantur, exprimit: Qui ergo non vult virgam in dorso portare, portet in labiis sapientiam. Loquar laudes Christi, & precepta praedicem. Verum, quia ſemper Deum laudare, non autem ſemper docere, non omnia quæ novit, omnes docere, sapienti convenit, recte subditur:

*Sapientes abſcondunt ſcientiam.*) Scientes ſcili, quia eft tempus rascendi, & tempus loquendi. Ulo Propheta: Dam coriſteret peccator adverſus me, obmutui: & humiliatiſ sum, & filii a bona. Et Apoſtolus: Nihil indicavi me ſcire inter vos, niſi Christum Iesum, & hiuſ cruciſcum.

*Os autem ſtulti conſafoni proximum eſt.*) Quia vel inordinate bona, vel aperte loqueretur mala.

*Subſtantia diuīs, urbs ſorititudinē eius: pavor pauperum, egestas eorum.*) Diuites conſidunt in diuitijs, quia in urbe munita: pauperes ideo pavent, ne deficitant, quia ſe norunt egenos. Spiritualiter qui in Deum diuites eſt, per bona opera conſidet in illo, quia in urbe inexpugnabilis, quia à nullo poſſit hoſte ſuperari: at qui virtutum inopia coangulantur, ideo cœleſtibus egent diuitijs, quia noxio pavore

timent duros pro Domino tolerare labores.

*Abſcondunt odium labia mendacia, qui profer contumeliam inſpiens eſt.*) Si ergo verax & ſapiens eſſe desideras, odium neque in abſcondito cordis contege, nec per os contumeliam profer: ſed tuum & cor dilectione, & os ventare repleatur.

*Quaſi per riſum ſtultus operatur ſcelus, ſapiens eſt autem viro prudenti.*) Prudentia a providingo nomen accepit. Stultus eft igitur, qui gaudeat in leclere. Sapientis autem eſt, & ejus qui viri nomine dignus ſit, providerit: quia ſuis dolore miſericorū, & gaudia peccandi poena ſequitur uictoris.

*Quod timeret impius, veniet super eum, deſiderium ſuam inſtabit.*) De illo impio dicit, qui ſcienſ peccat. Timeret ergo impius videre diſcretum iudicem: deſideriat iuſti diſcreti, & eſte cum Christo. Ille, ne terrenis gaudijs privaret, & ſempiterna ultione plectatur: iſti, ne incolatus corum prolongetur, ſed præmia, pro quibus certaverunt, percipti. Utricunque autem, quod corde timent, aduenierat.

*Quaſi tempeſta transiens, non erit impius: inſu autem, quaſi fundamenum ſempiternum.*) De perſecutione b[e]ſt[er]ie ſciit, qui domum fidei ſubvertit quartuſ. Sed illa in vero fundamento, hoc eſt, in Christo collocato permanet, ipſi ex templo diſperirent.

*Sicut acerum dentibus, & ſumu oculi, ſic pigris qui m[al]i, runt eum.*) Sicut hereticorum perfidia bonis doctib[us] moleſtiam generat, & lachrymias: ſic male vivens Catholicus, eiſi qui ſidem ſuam ex opribus exercitare paffum, per inertiam gravis eſt. Oculi quippe & dentes, predicatoriſ ſunt sancta. Ecclesiæ, qui ei recta itinera prævidere, & alimēnta spiritualia ſuggerere ſolent. Porri acerum, quod à vino degenerat, & fumus qui ab igne ascendens evanescit, eos qui ab Ecclesiastica ſuavitate & charitate per ſuperebit, vel ſocordiam recedentes, hanc etiam verbo impagnant, figurata denunciant. De quibus Joannes dicit: Ex pro[mo]bi exierunt, ſed non erant ex nobis, & religunt.

*Timeret Domini apponet dies, & anni impiorum brevib[us] tur.*) Qui Deo fideliter ſerviant, eterna luce donabuntur: at qui impiaſtū mancipantur, cum haec vita pedulent bona, que amabant.

*Expectatio inſtorum letitia, ſpes autem impiorum peribit.*) Pater, qui iuſti latentur in expectatione vita ſequenti, quarenuſ contriſtantur afflictione prelure preſentis. Unde illud: Tu es mihi refugium à preſta, qua circumdet me, exaltatio mea. At veſt impio, qui ſe putant in futuro quieturos, aut certe nullos poſt mortem futuros, falluntur. Neq[ue] huic repugnat ſententia, quod ſupra dicitur: Quod timeret impius, veniet ſuper eum. Sunt enim qui ſcienſ ſuorum bonorum, malorumque iudicium, nihilominus negliguntia, vel delperatione, vel etiam de induſtria peccant. Talibus ergo interitus, quem timent, aduenierat. Sunt qui mala, que faciunt, aut nunquam punienda exiftimant, aut bene geſta, id eoque bona mercede temuneraſt ad iudicium. De quibus recte dicitur: Quia ſpes impiorum peribit. Nam & de ijs, qui ſcienſ peccant, ſubfuerint adjungi:

*Foritudo ſimplici, via Domini, & pavori quioperatur malum.*) Si, inquit, abdita Scripturarum comprehendere non vales, non tamē de ſalute delperes, ſed gradere viam Domini, aye bona, que noſti, & inter fortes conuincerebitis. Sed meritò paveant illi, qui recta, que noſti, facere contemnunt: quia certa reſtaſi, que patiuntur mala.

## C A P U T XI.

*Statuta dolosa, abominatione eſt apud Deum: & pondus aqua- voluntas eius.*) Statuta dolosa, non tantum in mercantia pecunie, ſed & in iudicariſ differentie tenetur. Qui enim alter cauſam pauperis, alter cauſam potius, aliter ſodalitatis, aliter audi iugoti, ſtatuta uitque libra iniqua. Sed & is qui ſuabenè geſta meliora quam proximorum, ſuacis errata, iudicat leviora, truina ponderat dolosa. Nec non & ille, qui onere importabilia imponit in humeros hominum, ipſe autem uno digito non vult ea tangere. Ille etiam, qui bona in publico, & mala agit in occulto, pro

iniquitate libet. dolos abominabitur a domino. At qui sinceriter agit in omnibus, qui causam & causam aequa lance discernit, is nimis justi iudicis voluntati & actioni congruit.

*Vbi fuerit superbia, ibi erit & contumelia.) Quia superbë & contumeliosè se gerunt, per contemptum, sive ignorantiam disciplinae, vel proximis consumelas ingenerunt: vel certe, quia omnis quis exaltat, humiliabitur.*

*Vbi autem humilitas, ibi & sapientia.) Abscondisti hac a sa-*

*LUC. 14. & 18. MAT. 11. LUG. 10.*

*Mortuo homine impio, nulla erit ultra spes.) Heu miseri.*

Hanc sententiam translatit origenes, qui post univale extreumque iudicium vitam credit omnibus impiorum & peccatoribus dandam. Notandum autem, quod eti ipsius post mortem spes venire non est, ut tamquam eis de levioribus peccatis, quibus obligati defuncti sunt, post mortem postulat absolvitur pennis videlicet castigari, vel suorum precibus, eleemosynis, missarum celebrationibus absolvi. Sed haec quibuscumque fiunt, & ante iudicium, & de levioribus fiunt erratis. Qui autem longo se post iudicium tempore liberando putant, falluntur: & forsitan pertinet ad eos quod sequitur.

*Et expectatio sollicitorum peribit. Item alia est sollicitudo, qua boni semper adimplenda Dei precepta sunt accincti: alia, qua reprobū cū scientes peccant, solliciti meuntur, ne quando aeternam rapiantur ad peccatum. Ideoque recte expectatio eorum, qui Deo sollicita mente serviant, cononabuntur: eorum vero, qui Deum contemnentes, & ante iudicium ejus propria conscientia se accusante condemnantur, expectatio sollicitorum peribit. Hunc verum longe alter habet antiqua translatio, que ait: Defundit dominus iusti non peribit spes, gloria autem impiorum peribit.*

*Iustus de angustia liberatus est, & tradetur impiori pro eo.) Martyr quicq; de angustia passionis liberatus est post mortem, & tradetur in peccatum pro ejus causa persecutor, qui illum angustiavit. Jacobus martyrio coronatus est, Petrus de carcere salvatus est: & Herodes, qui eos persecutus est, a verminibus visibiliter consumptus, rapius est invisibiliter eō, ubi vermis eius non morietur, & ignis eius non extinguetur.*

*Simulator ore decipit amicum suum, inspi autem liberabuntur scientia.) Hæreticus simulans doctrinam Catholicam, decipit auditorem suum; qui autem iustè veritatem lequuntur Evangelii, liberabuntur scientia Catholicica, ne decipiuntur rapiantur hæretica.*

*Qui despiciat amicum suum, indigenz corde est, vir autem prudens accipit. Non est despiciendus, vel deridendus a nobis, qui non simpliciter amare probatur, etiam si quid inepti per inertiam facit: qui enim hoc facit, indigenz est sapientia. At vero prudens quisque de talium commissis, publicè taceat: sed haec occulè castigat. Quod idem lequentibus versiculis atque inculcat, dum dicitur:*

*Qui ambulat fraudulenter, revelat arcana: qui autem fidelis est, amici celat commissum.) Ecce in Evangelio dominus, si peccaverit in te frater tuus, vade & corrige eum inter te & ipsum solum: si te audierit, iuratus eris fratrem tuum, &c. Unde & hinc te est subinferunt:*

*Vbi non est gubernator, populus corruet: salu autem, ubi multa confusa. Ne enim te putares amici commissa, si corrigeres non potes, ultra celare debes, recte dicit, populum sine gubernatore corrue: salvati autem, ubi multa sunt confusa: ut ostendat, quod solus emendare non vales, pluribus esse revelandum, ut unanima omnia corrigitur industria.*

*Affligetur malo, qui fidem facit pro extraneo.) In promptu est litera sententia. Sed est a forte sanctorum extraneus, qui peccata sua penitendo corrigitur dissimilans: & quicunq; talibus vel cõmunitatis gratiam concedit, vel vitam promittat aeternam, qui pro extraneo fidem fecit, seipsum profecto ante dicti iudicis oculos ultimum dignum reddidit.*

*Quia autem caret laqueo, securus erit.) Securus erit in futuro, qui tunc bene formidolosus, & sua ledulus errata per penitentiam curat, & ab impenitentium se societate servat immunem.*

*Manus in manu, non erit innocens malus.) qui manum jurgit in manu, nil utiq; operatur. Sed manus in manu non erit in,*

*nocens malus: quia eti ab impia actione manus ad horam substrahit, cordis tamen innocentiam malus habere non valet. Unde & premitur, Abominabile domino cor pravum.*

*Semen autem in fornum salvabitur) Hoc est quod t'upra dicitur, Seminanti autem in fistulam, merces fidelis. Vel certe, Semen in fornum salvabitur: quia qui praecedentium iustorum exempla lectantur, horum quoque vestigia ad videnda salutis aeterna gaudia sequuntur. De quibus Elaias, Omnes qui viderint eos, cognoscet eos: quia isti sunt semen, cui bene, dixit dominus.*

*Circulum aureum in naribus suis, mulier pulchra & fatua.) Circulum aureum si in naribus suis infixeris, nihilominus illa terram vertere nato, & volutabro luto properat immergit: ita mulier fatua, si pulchritudinem vultus vel habitus accepit, suam tamē faciem ad infima declinare, suam speciositatem ad evertendos ubique castitatis florenlos circumferre, seque cōcōnō volupatis inquinare diligit. Alter, Qui ornamentum divinorum eloquiorum meditando consequtitur, sed hoc male vivendo insequitur, circulum aureum habet in naribus: sed mortis suis terram subigere non desistit, quia quod odore noitiae percepit, immunda aetione torpidavit. Ideoque talis anima, mulier pulchra & fatua esse censetur, quia carnibus dedita illecebribus, pulchra est per scientiam, sed per actionem fatua. Alter: Qui doctrinam hæreticam omnini more videt eloquentia splendere, nec sic tamē sapientia apta intellectui congruere, circulus, hic inquit, aureus in naribus suis, id est pulchra & circumflexa locutio in sensibus mentis stultus: cui ex eloquio aurum penderit, sed tamē ex terrena intentionis pondere, more suis, ad superiora non respicit. Quod secutus exposuit, dicens, Mulier pulchra & fatua, id est, doctrina hæretica. Pulchra, per verbū: fatua, per intellectum.*

*Desiderium iustorum omne bonum est, prefatio impiorum furor.) Semper iusti justitiam ubique regnare desiderant, at contraria impiorum, etiam cum quiete ab impietatis executionevident, propolito tamē diras mentis ad inferendum cuilibet vim furoris intendant. Et hoc est quod supra dicitur, Manus in manu non erit innocens malus: item, Prefatio impiorum furor: quia plerunque ira per silentium clausa, intra mentem vehementius affuit.*

*Alij dividunt propriam, & diiores sunt.) Quia centuplum accipiunt in hoc tempore, & in futuro (ecclio vitam aeternam.*

*Alij rapiant, non sua, & semper in egestate sunt.) Semper, inquit, in egestate, non solum in tormentis, ubi nec stilum aqua, unde ad modicum refrigerentur, accipiunt sed & in presenti, ubi quamvis innumerā rapiat, semper avarus egerit.*

*Anima que benedicit, impinguabitur: & qui inebriat, ipse quoque inebriabitur.) Qui exercitus predicando bene dicit, interiori augmenti pinguedinem recipit. Et dum sacro eloquio mentem auditorum debitare non definit, potu multipli muneris debitarius excelicet.*

*Qui abscondit frumenta in tempore maledicetur in populis benedictio autem super caput redentum.) Qui sancte predicationis apud se verba retinet, talis maledicetur in populis, quia in foliis culpabiliter pro multorum, quos corrigeret potuit, pena damnatur. Iste est servus piger & malus, qui pro retentione talenti, quod accepit, in exterioris tembris missus est. Vendunt autem frumentum, qui verbū vita audiendis conferunt, a quibus precium fidei & confessionis recipient, dicente domino, Negosiamini dum venio. Quorum capiti benedictio supervenit, dum singulis detrahunt redentibus, dominus dicit: Euge, serve bone & fideli, quia super paucā sufficiet fidelis, supra multa te constitutum, intra in gaudium domini tu.*

*Bene confusus diluculo, qui que bona: qui autem investigatorum malorum est, opprimetur ab eis. Bona querere que facere debeas, quibus ad caelestia bona pervenias, hoc est bene diluculo conligeret: id est crescente luce scientie, ad bonum opus accendi. Vel certe bene, id est ad vitam consurgit, in tempore resurrectionis, qui nunc bona querit in tempore operationis. Qui autem mala que dicat sive agat, modò solers inquisit, tunc eorum pondere, ne ad altiora regni perveniat, retardabitur.*

*Qui confidit in divitij suis, corruet: iusti autem, quasi vires folium germinabant.* Qui prefentibus bonis inhians, futura non cogitat, utriusque in novissimo carebit. Qui autem propter futurorum præmiorum bona faciunt, in praesenti, iuste quod sperant, accipiunt. Vires quippe in arbore folium, fructus, quos nondum ostendere habet, signat futuros. Et iusti quasi vires folium germinant, quia ipse talui facti, in fide ac virtutum gratia proficer non cessant, donec ad fructum desiderate retributionis, hoc est patriæ coelestis attingant.

*Qui conturbat domum suam, possidebit ventos: & qui stultus est, serviet sapienti.* Qui mente suam tumultus cogitationum maximarum conturbari non metuit, hanc utique malignorum spirituum flatibus, quibus obtruantur, aperit. Et qui stultus sapientem persequitur, per hoc ei etiam dominando servit, quia patientiam ejus premendo, probatio rem reddit: ut ille videlicet damnato, ille bravum, pro quo certabat, accipiat.

*Fruitus in lignum vita.* Merces iusti, visio est Christi. Ipse namque est sapientia: de qua dictum est. *Lignum vita est amplectentibus eam.* Erat in Apocalypsi, *Qui vicerit, inquit, dabo ei edere de ligno vita, quod est in Paradiso Dei mei.* Et hunc fructum modò iusti expectant: quia diu, sicut predictum est, quasi vires folium germinant.

*Et qui suscipit animas, sapiens est.* Qui animarum curam pro Domino suscepit, ut eas (scilicet vel errantes doceat, vel incaestas soletur, vel egentes temporalibus bonis sustinet), vel renientes ad remedii salutis perturbat, vel pastore destitutas gubernet, quo una secum plures ad Dominum perducat: qui inquam, ita animas suscepit, sapientia est, quia nimium tua anima per haec, unde sublimius cum Domino regnare procurat.

*Si iustus in terra recipit, quanto magis impius & peccator?* Si sancti martyres tanta passi sunt iusti, quanta putas eos manere tormenta, qui illos affligebant iniqui? Si Job, & Tobias, ceterique Dei electi tanta in hac vita receptorunt adversa, quid contristaris, si te, qui tam longè infra illorum vestigia jaces, tentans ad modicum afflictionis tangi? Et quidem te, eti si impium dicere & credere non debes, peccatorem tamen te esse, id est, aliqua habere peccata pava five magna, aperta five occulta, inosciari non debes. Imò consideriter debes, ne te ipsi leducas, & veritas in te esse non possit. Si ergo iusti in terra receptorunt, Abel martyrii, & Job exemplar patientia: quanto magis impii, Antiochus atque Herodes? Et peccatores in Evangelio, paralytici, non nisi dimissis primò peccatis, curari à Domino potuerunt. Notandum quod hanc sententiam Petrus in epistola, iuxta antiquam translationem posuit, dicens: *Ei si iustus vix salvatibus, impius & peccator ubi parebunt.*

## CAPUT XII.

*Quoniam bonus est, hauriet à Domino gratiam: qui autem confidit cogitationibus suis, impie agit.* Horum versicolorum conexio talis est: *Qui bonus est, non confidit cogitationibus suis, sed Domini gratiam querit ac per illam accipit, ut piè vivere possit.* Qui autem cogitationibus suis confidit, bonus esse nequit. Nam qui gratiam superem adjutoris patre non curat, merito in impia actione perdurat.

*Mulier diligens, corona viro suo, & putredo in osibus eius, quia confusione res dignas gerit.* Pater literæ sensus: quia mulier bona & casta, honorem viro præbet in omnibus, ejusque virtutibus ipsa domum bene regens, quasi gratiam addit corona: at verò adultera, eti foris speciosa pater, inut fætore luxuria tue membra coquinat. Verum spiritualiter Ecclesia coronam Christo, non aliam quam se ipsam offerit.

*Onnes enim qui in circuitu eius sunt, offenter munera.* Et filius Sirach de usagno sacerdoti: *ipse stans iuxta aram, & circa illum corona fratrum.* At offa, id est virtutes, quas haereticorum factio cernit habere, putredo pravi dogmatum corruptit.

*Cogitationes iustorum, indicia, & consilia impiorum fraudulentæ.* Justi sua facta, si Domino placeant, sedula medi-

tatione dijudicant, ne fortè ipsi minus solliciti, super illud Apostoli, *Sed nos met ipsos dijudicaremus, non aitne jugicaremus.* At reprobi divini timoris oblitii, de fraude, quam faciunt, sua consilia cogunt:

*Verte impios, & non erunt, domus autem iustorum permanebit.* Verte de hac vita impii non erunt, quod fuerant: quia post mortem non qualia credebant, inventiuntur, sed ipse sua frustrati, pro præmis tormenta recipiunt. *Domus autem iustorum, id est Ecclesia, quæ partim peregrinatur terrenis, partim regnat in celo, nunquam deficit: sed quæcumque membrum ejus hinc illo pervenient, ibidem gaudia, quæ sperabant, inventiuntur.* Alter, *Verte impios, & non erunt, quod multa impietas in dies gentilium, multa in seculis hebreorum, multa in prætigiis magorum, multa in persecutionibus exitiis paganiorum.* Sed his Domino domine subversis, ablata est pariter & memoria impietatis eorum, ex ianuæ ipsi apices stulti, ipsa dogmata igne rapta, ut in Ephemæ actum tempore Apolotorum legimus. *Domus autem iustorum permanebit;* quia sancta Ecclesia nunquam abscondi potuit vel auferri, nil ex ejus corrumpere scimus, in nullo lo ejus fidem violare, tanta temporum longitudine prævaluit. Potest & ita intelligi, *Verte impios, & non erunt: converteos ab impietate, & non erunt iam impii, sed justi.* Pro quo alia translatio dicit, *Quocunq; se veritatem exterrit, minabitur.* Cui contra de sanctis dicitur: *Quoniam in dilectionibus Deum, omnia cooperantur in bonum.*

*Doctrina sua noscetur vir.* Vivos vocare sole scriptura eos qui virtutibus sunt prædicti divinis. Unde Apollonus: *Vigilate, statim in fide, viriliter agite.* Doctrina ergo ista quæ sit est lectorum: quia & tu recta docer, & haec operibus implet, sanctus esse colliguntur.

*Qui autem panis & excors est, patetis contemptui.* quia scilicet ipse virilis animi fortitudinem habere contempti.

*Melior est pauper & sufficiens sibi, quam gloriose & indigenens pane.* Melior est idiota & simplex hater, qui bona, que novit, operans, vitam meretur in celis, quam qui clarus eruditio scripturarum, vel etiam doctores, funditus officio, indiger pane dilectionis. De cuius dilectionis parte, ea quæ ad proximum pertinet, tibique necesse adiungit.

*Novit justus animas jumentorum suorum.* id est, misericordia, & compatitudo habitudini ac fragilitati proximum sibi commissorum.

*Viscera autem impiorum crudelia.* Qui non solum non compatiunt subditis, sed etiam iuxta hoc quod Dominus ait: *Percutient pueros & ancillas, dicentes, Moran si Dominus meus venire.*

*Qui operatur terram suam, satiabitur panibus qui autem fecerunt orum, stulti ipsi sumi est.* Qui exercet animo suam spiritualibus studiis, & nunc virtutum, & tunc doctibus factabitur præmiatum. Qui autem pro salute anima sua labore detrectat, tunc inter stultos reprobatibus: tametsi mundo divina, vel humana sapientia gloriosi videantur.

*Defidens in ipso monumentum est pessimorum.* Defidens impius præcedentes imitari malos, & de illorum vita abegi a tribus locu. Vel certè, *Defidens in ipso monumentum est pessimorum,* quia omne defidens ejus eò tendit, quantum ipso nesciente, ut cum prioribus injustis atermis mortis carcere claudatur. Verum, quia tales exitunt, quem minime prævident, incurunt, dicit contra de bonis.

*Radix autem iustorum proficit.* Quia nimis fides & charitas electorum, qua radicet fons Christo, nequam eos fallit, sed ad perfectiora semper accrescit, plus quam sperate novit, in futuro percepit.

*De fructu oris sui, unusquisque replebitur bonis.* Fructus oris, est sermo bonus, nam qui mala loquitor, non fructum oris generat, sed damnum. Omnis igitur, qui bona loquitor, bonis donabitur atermis, si tamen his, quæ loquitor, actu non repugnet. Hoc etenim vigilanter adjungit, cum dicit,

*Et iuxta opera manuum suarum, retributor ei.* Neque enim aliter fructuosus fit ius sermo doctori, nisi ipse per faciat bona, quæ docet.

Fatuus si atque indicat iram suam: qui autem diffimulat in iru-  
riam, callidus est. ) Qui se in praetenti desiderat ulcisci, fatuus  
est: qui autem pro Domino injuriam contemnit, sapiens.  
Hunc versiculum alia translatio sic habet, statutus eadem  
hora pronunciat iram suam, occultat autem ignominiam suam  
abscitum. Non autem ignominiam abscitum passionem ita  
a sapientibus occultandam esse decernit, ut ejus velocita-  
tem culpans non prohibeat tarditatem: quam uirque si per  
necessitatem humanae infirmitatis iruerit, ideo centuit  
occultandam, ut dum ad praesentem sapienter obregitur, sa-  
piens amoveatur, & in perpetuum delectetur. Hac est e-  
tiam natura irae, ut dilata languescat & pereat: prolatu vero,  
magis magisque conflagret.

Est qui promittit, & quasi gladio pungit conscientia.) Promittunt nonnulli obedire veritati, sed ubi tentatio  
terrensis blandiens, impedimentum praestiterit, deserunt  
quidem cepta, sed tamen conscientia promissa, quasi gladio  
punguntur.

Lingua autem sapientium sanitas est, ] Quia & bona quae  
promittunt, ipsi perficiendo ad vitam perveniant: & alii  
qua sequantur, praedicando demonstrant,

Labiūm veritatis firmūm erit in perpetuum, qui autem testis  
est repentinus, concinnat lingua mendacij.) Fides Ecclesi-  
stica semper manebit. Qui autem repente nova dogmata  
infest mendacii, est minister hereticus.

Homo veritus celat scientiam.) Veritus hoc loco in bo-  
no intelligitur, id est sapiens & prudens, qui nonnunquam  
de industria tua celat scientiam. Duplici nimurum ratione,  
vel non valens infirmis auditib⁹ loqui, & quasi spiritu-  
lib⁹, sed quasi carnalibus, vel nolens sanctum dare canibus,  
neque ante porcos margaritas projiceret.

Et cor impudentum provocat stultitiam.) Quando vel ipsi  
plus appetentes sapere, quam oportet sapere, coulque ad  
nuditandum profligunt, ut pro sapientia teneant stultitiam:  
vel certe alios que necrum capere queunt, docere ni-  
tentis, & majorē eos stultitiam provocant, & quasi par-  
vis oculis lumen ingenerentes solis, modicum lucis quod cer-  
nere videbantur, auferunt.

Manus fortium dominabitur, qua autem remissa est, tributus  
servi.) Perfecti quique non solum vitorum bella super-  
tant, sed & electis fratribus majori virtutum gratia principi-  
pantur. Qui disoluti animo, peccatis implicati non mes-  
tunt, pessimo exactiori diabolo tributa vitorum quotidie  
solvent: & si non dominum eius viventes penitentio evale-  
rent, post mortem traditi eidem in carcerem, ab eo pena-  
rum mittuntur aeternarum; juxta quod Dominus in Evan-  
gelica parabola testatur. Neque enim de talium correptione  
nere deferandum est, cum proximus adjungatur:

Mors in corde viri humiliavit illum, & seruone bono leti-  
ficabitur.) Quia nimis um neceſſe est, ut prius peccatorem  
mōrē penitentia sublubriter humiliet: & ita postmodum  
per iudicium sacerdotis, eterno dātē reconciliationis læti-  
ficit. Qui neglexit dannum propter amicum, iustus est. Si hoc de  
generali pecuniae largitione, & puro homine amico recte  
dicitur: quanto magis iustitia cōtona dignus est, qui propter  
eum, qui dixit, Dico vobis amicū meū, ne terreamini ab hi⁹ qui  
occidunt corpus: vel vendensque possider, pauperibus tri-  
but, vel rapinam bonorum suorum cum gaudio suscipit,  
vel certe ipsam in passione carnum mortificandam, five  
occidēdā tradit?

Iter autem impiorum decipit eos.) Cum vel sua retinere,  
vel aliena raperet gaudent. Unde recte subiungitur.

Non invenies fraudulentus lucrum, & substantia homini erit  
auri precium.) Fraude namque acquisita pecunia, plus in  
anima damni, quam lucri addit in arca. Et qui propriam  
pro Domino substantiam novit dispensare, remunerante  
ipso pro terrenis coelectis dona recipiet. Alter,

Non invenies fraudulentus lucrum, & substantia homini erit  
auri precium.) Qui fraudulentamente simulat se esse bonū,  
nequiter vivens in occulto, non inveniet bona vita sequen-  
tis: qui autem substantiam virtutum spiritualium veraciter  
acquirit, merabitur ex ea claritatem regni perennis: quod  
versibus sequentibus aperiū dixit, In semita iustitiae, vi-  
ta: iter autem devium ducit ad mortem. Semita enim iusti-

tia substantiam acquirit virtutum, quibus aeternæ vita clari-  
tas, aut̄ preciosior emittit: item autem pravum, quo frau-  
dulentus incedit, perdit luco temporalis, quod appetit, ad  
mortem, quam prævidere noluit, tendit tempiternam.

### CAPUT XIII.

Filius sapiens, doctrina patri⁹: qui autem illius est, non audi-  
tū arguitur.) Tantum distat inter sapientem & stultum  
ut hic aliquando profectu eruditiois ad eum qui se docue-  
rat, docendū perveniat ille, nec cū arguitur, novit audire.

Vult & non vult piger, anima autem operantium īmpinguat  
bitur.) Recē pigrī vocabulo denotatur, qui vult regnare  
cum Deo, & non laboret pro Deo. Delectant præmia: ci-  
plicentur, deterrent certamina, cū jubentur. De quo  
Jacobus ait, Vir duplicit animo, inconstans est in omnibus vījs suis  
Et filius Syrah: Vnde peccatori terram ingredienti duabus vījs.  
Qui autem iusta operantur Dominica, ideo faciunt, quia  
anima illorum perfecta supernorum dulcedine reficitur:  
juxta eum qui Dominum obsecrat, dicens, Sicut adip &  
pinguedine repletus anima mea. Vel certe anima operantium  
īmpinguabitur, quia qui pīs pro Dño laboribus inuidat, co-  
leſti & immarcessibili post labores mercede donabuntur.

Est quasi dives, cū nihil habeat: & est quasi pauper, cū in  
multu divitias sit.) Dives sibi videbatur ille, qui indebatur  
purpura & byssos & epulabatur quotidiē splendide: sed quia Deū  
non habuit, competrerū in fini nihil fuisse quod habuit. Unde  
dictum est de talibus: Dormierunt somnum suum, & nihil in-  
venerunt omnes viri divitiarum in mambis suis. Pauper econ-  
trari videbatur Lazarus, qui iacebat ad ianuas eius, ulceribus  
plenus: sed in multis erat divitij, qui virtutem habuit hu-  
militatis, qui conditorem omnium divitiarum, videlicet  
Deum corde geſtabat. Quid autem vera divitiae valeant,  
quid vera paupertas egat, iubendo manifestat.

Redemptio anima viri, divitiae sua: qui autem pauper est, in-  
crepatō non sufficit.) Qui ergo animam suam vult redimi-  
tū futura ira, congeter divitias bonorum operum. Qui enim  
eget hujusmodi divitij, in crepatō distrikti iudicis su-  
litmete non valet. De qua P̄fālmista postulat, dicens. Domine  
ne in ira tua arguas me, neq; in favore tuo corripas me. Alio-  
quin pauperes spiritu non ibi increpantur à Domino, sed  
benedictionem aeternā hæreditati percipiunt.

Lex iustorum latifitat, iuxta autem impiorum extingue-  
tur.) Lux iustorum, quæ perpetuo lætitiat, spes est futu-  
rorum lucerāa impiorum, quæ repente extinguitur, feli-  
citas feculi laboris. Inter superbos semper iurgia sunt:  
qui autem agunt cuncta cum consilio, reguntur sapientia.  
Iurgantur semper inter se hæretici, iurgantur & ceteri re-  
probi, qui a videlicet non norunt unitatem fidei & verita-  
tis. Fideles autem qui consilio divinorum eloquiorum frui  
non cessant, reguntur moderatione sapientia, quæ eos juri  
non finit.

Substantia festinata minetur: quæ autē paulatim colligitur  
manu multiplicabitur.) Qui volunt divites fieri, incidunt in te-  
tationem, necq; ipsas divitias, quas vel acquirunt vel cupiunt,  
perpetuo possident: qui autem pro accipiendo subtilitatem  
preiutorum & celestium justis iudicis laboribus, multipli-  
cata superba beatitudinis munere percipiet. De quo aptē  
subditur:

Spes qua differtur, affligit anitham: lignum vita, defaderium  
veniens.) Quia nimis quādiū differtur spes aeterno-  
rum, affligit anima fidelium, vel pro dilatione videlicet  
bonorum quæ amat, vel pro illatione malorum quæ toler-  
at. At ubi venient quod detiderat, facile obliuiscitur quod  
suffinxerat: quia in aeternum vivere incipit cum suo re-  
demptore, quem tota intentione quererat. Iple est autem  
lignum vita amplectentibus se.

Qui detrahit aliquid rei, ipse se in futurū obligat.) Qui bona  
rei detrahit, se in futurum obligat: quia quod non debuit  
faciendo, p̄cenam sibi, qua constringatur, præparat: se & is  
qui male rei detrahit, ipse se in futurum obligat, non ut  
pro tali detractione p̄cenam lauit, sed ut post detractionem  
tele cauris agat quia nimis quod in alijs p̄st̄ reprehē-  
dit, ipse impunē nō admittit, clamātē Apostolo: Qui predi-  
ca:

Rom. 2.

non surandum surari: qui dicū non mœchandum, mœcharū: qui abominari idola, sacrilegium facū.

Galat. 6.

Qui autem im̄et preceptum, in pace versabitur. ) Melius est ergo de sua quenque fragilitate metuere, ne forte divina prævaricentur imperia, quam aliorum errata stulto ore lacerae, dicente Apostolo, Et si præoccupata fuerit homo in aliquo delicto, vos qui spiritates estis, instruite hujusmodi in spiritu mansuetudinis, considerans teipsum, ne & tu tenteris.

Astutus omnia agit cum consilio: qui autem fatuus est, aperiet stultitiam.) Ubi omnia cum consilio docet esse agenda, diuinum potius, quod sacris eloqujs induxit eis, quam humani intelligit consilium. Fatuus est enim, qui extra hoc consilium vivit, quamvis naturaliter astutus videatur: & prudens, de quo recte subditur,

Nuncius imp̄ij cader in malum.) Atrium autem dicit & Savellium, ceterosq; Angelos, id est, nuncios Satanae: qui quoniam consilium neglexerunt divinatum scripturarum, decenterunt in malum gehennalum tormentorum.

Legatus autem fideis, sanitatis, id est, Catholicus quisque prædicator, sanitatem sibi iusque auditoribus acquirit aeternam.

Desiderium si compleatur, deleat animam: deleat stulti: si eos qui fugiunt mala.) Omne desiderium, sive bonum sive malum sit, ubi affectum prævenire, deleat animam: sed stulti, qui carnalibus solum desiderijs gaudent, decenterunt eos qui pro amore coelestium, infima oblectamenta contemnunt.

Qui cum (sapientibus gradieut, sapiens erit, amicus stultorum efficietur similis.) Cum sapientibus ire, est sapientium aetus imitari. Quamlibet ergo simplex quisque sit, & rusticus, qui arcana sapientiae comprehendere nequeat, si tamē sapientum exempla vivendo sectatur, jure inter sapientes annumerabitur. Qui vero stoltos, non propter naturam quia homines sunt, sed propter stultitiam, qui nimis sunt, vel histrioines, vel aliqui tales, non ut instruendo corrigit, amat, sed ut favendo deteriories efficiat; talis nimis esti per ingenium & doctrinam sapiens esse videtur, stultorum nota dignus simul & damnatione tenebitur.

Bonus relinquens heredes filios & nepotes, & custoditur iusto substantia peccatorum.) Sapere videmus bonos sine filiis obire in modo majora a Domino praemia polliceri his qui filiorum procreatione, virginitatis castitatem praoposuerint: sed & substantiam justorum a peccatoribus tolli. Nam & Apostolus glorificat eos, qui rapinam bonorum suorum cum gaudio suscepserunt. Unde spiritualiter intelligentum, quia bonus & justus Dominus est, qui post passionem suam ascensio in celum, reliquit heredes sue doctrinae, Apostolos, & successores eorum: ad cuius fidem converta est multitudine Gentium, quae erat substantia diaboli. Intravit namque in domum epudem male fortis adversarij, & cum maiori virtute conterens, diripiuit arma eius, in quibus confidebat, & spolia eius distribuit, ut ipse in Evangelio testatur. Vel certe, iusto substantia custodia est peccatoris, quando alatum est a Iudeis regnum Dei, & datum est geni facient fructus eius.

Multi cibi in novalibus patrum, & alijs congregantur ab alijs iudicio.) Absque iudicio recto facit, qui divitis congregandis sedulus insitit: & has aggregatas non ipse pro redemptione anima tua pauperibus dispensat, sed aliis post se dispensandas reservat, iuxta quod in superiori verso iuxta literam dicitur: Et custoditur iusto substantia peccatoris, maxime cum sibi vixit abunde ex iure paternae harreditatis, neque ullas pecunias colligendi necessitas incubat. Hoc est enim quod ait, Multi cibi in novalibus patrum. Juxta sensum vero spiritualem, multi sunt cibi alimonias celestis, in dictis & exemplis venerabilium patrum: & ab alijs ratione facit, qui his legendis, meditandis, expoundendis instans, non sua fatui per hoc, sed aliorum potius servit, dum ipse ab his quae legit, vel aetibus reprobis, vel etiam impietate tentus hereticus discrepat. Talis namque in novalibus patrum, id est, operibus sive sermonibus patrum optima institutione excultus, non sibi, sed aliis subfidiu acquirit, illis videlicet, qui tractatus eius legentes, arcana per eos spiritualis sensus, quibus interius reficiantur, inveniuntur. Utique au-

tem sensui convenit apte quod sequitur.

Qui parcit virgo, odiit filium: qui autem diligit illum, insitam erudit.) Nam & pater bonus filium, & discipulum magister Catholicus, ne ad iniuriam deflecat, follicitus est, ita transfluerunt: Viri & divitiae, annis multa fuerunt: qui autem periret breviter.

Iustus autem comedit & replet animam suam, prout autem in impiorum insatubilius.) Justus percipit cibos sapientie, qui in novalibus patrum, hoc est, in operibus ac verbis præcedentium justorum, probantur exorti: & hos ad profectum anima sue bene vivendo traxerunt. Venter autem impiorum, id est, capacitas sensus hereticorum, insatubilius: quia fecit Apostolus ait, Semper discentes, nunguam ad veritatem scientiam pervenient? Quare autem saturari sciencia non merguntur? nisi quia nequam refectione cibis patet institutio, alijs hos congregant absque iudicio.

## CAPUT XIV.

Sapiens mulier a discipulis dominum suum, insipientem eximam quoque destruet manibus.) Et unaquam anima fidelis, & Ecclesia per orbem Catholicam manifeste sibi in patria confessi boni actibus adscitac: at vero reprobi, ea que bene sunt a bonis ordinata, male vivendo, & enī aliquando aperte repugnant dissipant. Quare autem stulti sapientem aetatu lacerent, sequentibus verbis ostendunt, cum dicere:

Ambulans re eo itinere, & timore Deum, deficit a regni infamia gradus via.) Abominationis est enim peccator religio. Stultum videatur incredulus, cum fides proper Dei timorem non tantum abscindat timorem, sed & tormenta derident eorum qui occidunt corpus. De quibus adhuc apte subiungitur:

In ore stulti virga superbia, labia sapientium subducuntur. Quia stulti per vaniloquium humiles, quos despiciunt, affligunt: sed idem humiles spiritu per doctrinam felicitate, ne decipiuntur, mununtur.

Vbi non sunt boves, praesepie vacuum est: ibi autem plurimae, genites, ibi manus, & fortitudo bovis. Harētac à superboibus boves namque doctores Catholicos, praesepiatur audito res: segetes, dicit fructus operum bonorum, Incassum ergo tumer superbus, & indocta eloquentia verbis aures ac corda subjectoram: quia ubi non sunt docti predicatorum, frustra ad audiendum confluit turbaplebeum. Ubi autem plurimae operationes apparent virtutum, ibi apertissime clare, quia non hereticus in vanum garrivit, sed pro verbis fruge laboravit ille, qui & ipsum verbum calvo ore ruminare, & viam veritatis recte discretionis pede noce incedere. Nec mirandum, cur in praesepi auditore significari dixerimus, cum hos alatur de praesepi, doctos autem verbo audientes soleat nutritre. Sed intundunt, quia & de labore bovis praesepie implentur; & ipse bovis suo fructu de praesepi reficit. Quia nimis um̄ prædictor fidelis & audientis verbo reficit, & eadem refectione apud Dominum ipse reficit: quod in opere figuratur Helias, qui apud Sareptanam viduam quam pacat, & ipse pacit.

Querit devisor sapientia, & non inventit doctrinam prudentiū facilis.) Caiphas qui Dominus dixit, Adiuro te per Deum vivi, ut dicas nobis, si tu es Christus: quia male querebat, inventit, quod querebat non meruit. At discipuli qui se humilliter auditui veritatis subdiderant, accepta ipsius gratia, non solumento Christum Dei filium cognoscere, sed & abdita scripturarum intelligere meruerunt. Sed tunc doctrina prudentium facilis erat, quando Cornelius cum domo sua, & ceteri tales verbum humiliiter audientes, mos credeant, & accepto Spiritu sancto, linguis loquebantur omnibus. Nunc quoque doctrinam fidei Catholicæ prudens quique, dum catechizatur, facile percipit: quam heretici, quia perversè querunt, nunguam prorutus inventuunt.

Vade contra virum stultum, & nec sit labia prudentia. Ideo devisor sapientiam quam querit, non inventit, quia cui appetit contra illius stultitiam disputando vocetas, nec intelligere quae dicitur. Artius, qui verbum confutabat, latit in parte & filio, nusquam scripturatum inveniunt posse.

conten-

contendebat, cum ei manifeste obiecseretur, *Ego & pater nūnum sumus. &c. Deus erat verbum, &c.* Ideo doctrina prudens tūm faciliſt eſt, quia labia prudentia sapientia. Id eſt, quia labia quacunque prudentia moderaminer reguntur, de sapientia ſolū loqui & audire dulce habent: eique meditatio operam dare fatigant.

*Cor quod novit amaritudinem anime ſae, in gaudio ejus non miscerbit extraneum.)* Amaritudinem animæ habent electi, quādriū à gaudiis differuntur eternis: & reprobi, cum defiderit affliguntur perverſis. Sed electi, quia in luce ambulant, amaritudinem ſuam, quanto fit gaudiuſ mutanda, prævident. Porro reprobi propria ſponte caccati, quid in praefenti patiantur, non vident: quod in futuro ſint paſſuri, non prævident. Ideoque à futuri bonorum gaudiis remanebunt extranei: quia amaritudinis eorum praefentis non noverunt eſſe participes. Unde & apte fidūtūr:

*Domus impiorum debilitur, tabernacula iuſtorum germinabunt.)* Domus quippe in manifone, tabernacula uti ſoleat in itinere: domus igitur impiorum delebitur, quia habitatio nem vita praefentis, in qua ſemper manere defiderant, perdiunt in morte reprobi, & hoc quod non prævidebant, exilium perpetua damnationis ſubibunt. Tabernacula autem iuſtorum germinabunt, quia praefens eorum converſatio, in qua incolae ſunt apud Deum, & peregrini, crescenti bus ſine ceſtione meritis, ad fructum uisque uauifimum patet, coeleſtis pertingit.

*Innocens credit omni verbo, aſtutus confiderat gressuſ ſuos.)* Hanc & innocentiam vetus, & hanc habere docuit aſtutus Joannes cum ait, *Charifimi, nolite omni ſpirituſ credere: fed probate ſpirituſ ſi ex Deo ſunt.*

*Sapiens timet, & declinat malum, ſtultus tranſlit, & conſidit.)* Sicut ſtulti eſt de ſua alacritate conſideſt, torrentem rapidum vel voragine latiore ſalutis vele tranſire, ſapiens autem ad planum vel pontem divertere ita qui peccata, quantum valer, declinat, timens ne involvatur malis, ſapiens eſt. ſtultus autem eſt ille, qui contemptim peccat, blandiſſi ſibi, quia aut posteriori tempore paenitentiam agat commiſſorum, aut ſi repente moriat, fortiter perniciſſi ſufferat.

*Impatiens operabit ſtultiam, & vir versutus odiosus eſt.)* Reprehenſibilis quidem eſt homo impatiens: fed multo pejor & odiosior Deo eſt verſutus, tamē apud homines melius aſtimetur. Ille enim palam omnibus ſuam ostendit ſtultitiam, iſte autem cum ſit corde perverſus, ſep̄e ſimplicitatem ſimulat & juſtim, atque apud humanum iudicium, sanctum ſe dici delectat, cum ſit divino examine inter reprobos aſtimatus.

*Iacebunt mali ante bonos, & imp̄ ante portas iuſtorum.)* In novifimo iudicio, coronatis iuſtis, damnabuntur reprobi, qui eos in praefenti premebant. Quod enim ait, *Ante id eſt ante bonos, & ante portas iuſtorum: non ad vicinatatem loci, sed ad viſionem pertinet honorum,* quia malorum tormenta ſemper aſpiciunt, ut maiores creptori ſuo gratias ſine fine referant. Unde de illis Elatas, *Et egredientur, & videbunt, inquit, cadavera virorum, que prævaricati ſunt in me. Vermis eorum non morietur, & ignis eorum non extinguetur:* & erunt uigore ad ſatietatem viſionis omnis carni. Quod autem ait, *Egredientur: non pedum proceſſum, ſed oculorum ſignat intuītum, quem in tuſin regno poſiti ad videnda pravorum ſupplicia, foras quando volente, emittunt.*

*Hereditas, ad quam festinatur in principio, in novissimo benedictione caret. Qui per avaritiam nequit in hac vita multiplicari appetunt, in futuro ab aeterno patrimonio exhæretur: sicut sunt. Alter: Hereditas ad quam festinatur in principio, in novissimo benedictione caret. Qui gradum regimur, priusquam subesse dicidit, præposteriori accipi in novissimo, mercede benedictionis, que bonis rectoribus debetur, caret. Qui ad ministerium altaris indoctus & temerarius accesserit, & ipse in die novissima gratiam remunerationis, que bene ministrantibus reprobatur, perdet. Potest & ita accipit qui in presenti sua vult vindicare injurias, hic corona patientie in futuro caretur. Cui sensu potissimum videtur convenire quod sequitur:*

*Nedicas, Reddam malum expecta Dominum, & liberabit te. Quod etiam versiculo sequenti afferit, cum dicit :*

*Avominatio est apud Deum, pondus & pondus, flatara dolorosa non est bonum.) Duplex namque est pondus, & flataram habet in corde suo dolosum, qui dum peccaverit, ipse veniam petit a Domino, & nihilominus peccanti in te homini acceperit quod peccavit, dimittere non vult. Eum, qui Deus est, flebatur ad miserandum precibus fatigatus: cum ipse homo existens, nullis hominum precibus flecti ad misericordiam posset, qui jure quasi iniquis ponderatur abominabatur a Domino, quia suas injurias graviores quam Domini mensuratur. Verbi gratia, nolens indulgere ei qui suam uxorem polluit, & postulans sibi indulgere cura forte defonsata Christi virginem maculaverit, vel certe, animam suam Deo in baptismo consecrata aliquo vitiorum sorde fadaverit.*

*Ad dominum diriguntur gressus viri.) Quicunque hominum gressus rectum iter incedunt, non fit hoc libertate humani arbitrii, sed gubernatione illius, cui dicit Esaias, *Omnia enim opera nostra operata est in nobis.* Quis autem hominum intelligere potest viam suam? In hoc, inquit, manifestum claret, quia quicquid boni habet, quicquid à seipso non habet: sed gratia Dei, quod nec per sui libertatem arbitrii, quasi futurus sit qualiter vel quandiu victurus intelligere poterit.*

*Ruina est hominis devorare sanctos, & post vota tractare.) Cum peccatum sit ulli homini nocere, quanto magis est, cum quis sanctos Dei offerderit sive laetetur, & quasi vile*

Beda Tom. 4.

mancipium pro libito sua voluptatis eos tractare non timuerint? Quomodo xl. viri in Actibus Apostolorum devorant, & non manducatores, nec bibitores, donec occiderent Paulum. Et pagani sapientem ut legimus, diis suis Christianorum sanguinem devorarent. Hunc versiculum antiqua editio iuxta alium sensum posuit, dicens: *Mulcipula est viro tacito aliquid de suis consecrare: postea autem quam votū fecerit, plementum agit. Et quia urosq; & eos videlicet qui sua vota contemnunt, & eos qui ut sua vota cōpletant, sanctorum persequuntur, damnatio restat aeterna, recte subditur.*

*Dissipat impios Rex sapiens, & curvat super eos forniciem.)*

*Moris autem suis antiquorum, ut adepta de hoste victoria, fornices fibi erigerent, in quibus virtutum suarum laudes describerent: ut in Saulis opere legimus. Dominus ergo Rex nostre non solum impiorum destruit malitiam, sed & magnum cum electis suis ejusdem triumphi gloriam perpetuo celebrat. Hunc versum aia translatio sic habet: *Ventilator impiorum Rex sapiens, & immittet illu rotam mortuum, id est pacem nullo fine conlumpandam. Cui videlicet rote contraria est corona vite aeternæ, quam remisit Deus diligentibus se.**

*Lucerna Domini fissuraculum homina, que investigat omnia secret a ventru.) Divini afflatus illuminatio, cum in mentem hominis venerit, eam fibimetus illuminans ostendit: quia ante spiritus sancti adventum cogitationes pravas portare poterat, & pensare nefciebat.*

*Exultatio juvenum fortitudo eorum, & dignitas senum, carnis.) Canitatem sapientiam dicit. Tunc etenim civitates cuiuscumque bene ordinatae, tuneres sanctæ Ecclesiæ recte aeguntur, cum & fortiores quaque viribus, neclaris insit stant operibus: & seniores majore prudentia praediti, de his quae agenda sunt, salubriter consulunt.*

*Livor vulnera absterget mala, & plaga in secretioribus ventri.) Cum enim exterius percutimur, ad peccatorum nostrorum memoriam taciti affliti que revocamur. Et per hoc quod foris patimur, magis intus quod fecimus, dolemus: sicque sit, ut inter vulnera aperta corporis, magis nos abluit plaga secreta ventris: quia sanat nequitias pravi operis, occultum vulnus doloris. Solet quippe ventris applicatione mens accipi: quia sicut venter confundit elcas, ita mens per tristando excoquit curas.*

## CAPUT XXI.

*Sicut divisiones aquarum, ita cor regis in manu Domini.)*

*Quare cor regis, & non potius omnium hominum in manu Dei esse pertinet? cum scriptum sit, *Quia in manu eius sunt omnes fines terra. Nisi forte regem sanctum quemque appellat, qui vitorum bella in seipso vincere, virgulta malitiae novit extirpare. Sicut enim Dominum multatatis aquarum divisionibus terrarum fines latè simul, & aëris implex, tegit quoque aëris superiora celorum: ita cor regis quoque voluntari inclinat. Quia sicut divisiones gratiarum iuxta suam voluntatem, & angelis & hominibus tribuit: ita etiam corda sanctorum quibuscumque voluerit, digna donationibus reddit. Nec illum habet Pelagianita locum, quo abesse Dei gratia quis salvus fieri possit.**

*Perveravia, viri aliena est a Deo: qui autem mundus est rebus opus eius.) Iustæ coram Domino vivere, proprium est humanæ conditionis. Unde alibi dicit, *Deumtime, & mandata eius observa: hoc est enim omnis homo. At qui perverse vivit, alienam profectò à natura humana viam incedit. Perversa ergo actio aliena est, & contra naturam. Qui autem mundus est in opere, hic recte, quod per naturam originaliter sumpsit, exequitur.**

*Melius est sedere in angulo domatis, quam cum muliere lisisti, glosa in domo communis.) Ad eò verum est, melius esse ut sedes in angulo domatis, id est, in lectura altitudine vita contemplatrix, quam cum muliere mala in domo, qua sit tibi communis cum illa, ut etiam optima tibi mulier ducenda offeratur, melius sit contemptu conubio propter comitatum agri ecclisiam ducere vitam.*

*Quis obiurat aurem suam ad clamorem pauperis, & ipse clamat, & non exaudiatur.) Generaliter haec accipienda sen-*

Psal. 94

Ecccl. 12.

tentia, & non ego tantum, vel corporaliter infirmo. Nam & qui in criminibus alienis non affectu misericordia condolere, sed judicantis mavult tenere censuram, ostendit se needum vitiorum factibus aliquatum, nec auditu divinae miserationis existere dignum.

*Munus absconditum extingues iras, & donum in sinu, indigenationem maximam.)* Qui iram districet iudicis, quam peccando meruit, placare desiderat, elemosynas det pauperibus: & hoc nulla delectatione humani favoris, sed tantum amore conditoris, qui cordium occulta respicit. Sic enim si munus absconditum, sic ad mitigandam conditoris iram proficit, si nullo externa reticutionis intuitu porrigitur. Sic impletur, quod ipse præcepit: *Te autem faciente elemosynam, ne sciat sinistra tua, quid faciat dextera tua.*

*Gaudium istud, est facere iudicium, & pavor operantibus iniuriam.)* Gaudet justus, cum bonis desudat operibus: quia sperat se proprii hæc boni remunerandum esse perennibus. At vero reprobri dum mala, quæ Deum prohibuisse normot, faciunt, quamvis sue luxurias perpetratione carnaliter delectentur, mentis tamen pavor interno carere non possunt: quia se mala perpetuo passuros pro his quæ temporaliter male fecerint, non ambigunt.

*Vir qui erit a via recta, in cœtu gigantium commorabitur.)* Gigantes dicit in mundos spiritus: de quibus beatus Job, *Ecce gigantes, inquit, gemunt sub aqua, & qui habitant cum eu: id est superbi & male forces spiritus deminorum, cum his, quos deceperint, hominibus, pennis subacti torquentur.* Horum enim cœtu sociabuntur, qui à via veritatis erraverint, ipso iudice attestante, qui se illis dictuim esse prædicti: *Discidite à me maledicti in ignem aeternum, qui paratus est diabolus & angelus eius.*

*Pro iusto datum impius: & pro recti, iniqui.)* Justi & recti idem esse videntur: sed distat inter impios & iniquos, quod iniqui sunt omnes reprobri: impii vero, qui majoribus implicati sceleribus, vel nunquam sanctæ mysteria fidei percepserunt, vel post accepta ad apostasiam redierunt. Unde potest hoc loco impios, omnes fidelium persecutores dictos significari: porro iniquorum vocabulo generaliter omnes mali designari. Et pro iusto datur impius, cum pro martyre persecutor, qui eum morti dedit, punitur. Pro rectis iniqui, qui eorum justam videntes, imitari nolebant. Damnatur Herodes non tantum pro innocentibus, quos impie neci tradidit: sed & argumentum damnationis accipit, quia fidem majorum sequi ad querendum Dominum noluit, cum esset inter Judæos, & Prophetarum dicta cognoscere. Hinc etenim Dominus ait: *Regina austri surget in iudicio cum generatione ista, & condemnabit eam, &c.* Non quia ipsa sua virtute ac potentia condemnabit, sed quia in eis comparatione condemnabuntur, qui deviationem ejus scientes, cum facilissimo posse, sapientia curam dissimilabant habere.

*Thecaus desiderabilis, & oleum in habitaculo iusti: imprudens homo dissipat illud.)* Alacritas bonorum opérum, Deo semper amabilis: & pinguedi dilectionis in sanctorum Ecclesiæ refugit. Quem versiculus beatus Papa Gregorius in Homiliis Evangelij, iuxta antiquam translationem poluit: *Thecaus desiderabilis requiescit in ore sapientiæ, Veturum reprobi non tantum virtutes non assequi, sed & perseguiri, & quantum valent, in bonis obirent testimoniant. Post lanè huc verius de qualibet martyrum accipi, in cuius habitatione, id est corpore, anima sancta Dei videlicet thecaus servetur, abundet & uræctio gratia spiritualis.* At persecutor imprudens huiusmodi habitaculum dispergit: *thesaurum vero, qui habitaculo tenebatur, & oleum nequaquam tangere potest.* Unde Dominus docet, non timere eos qui occidunt corpus, & post haec non habent amplius quid faciant.

*Civitatem fortium ascendit sapiens, & destruxit robur fiducia eius.)* Civitatem fortium, mundum dicit, quandam malignorum spirituum tyranni stultæ subactus servebat, habens fiduciam vita in cultu corum, qui non sunt dei, sed opera manuū hominum. Hanc civitatem intravit natus ille in carne, qui est Dei virtus, & Dei sapientia. Destruxit per suos praedicatorum cultum Deorum, in quibus fuere

confusi, veritatis ignari: atq[ue] in fide cœlestium docuit habendam esse fiduciam, quæ nunquam posset destruci. Sed & quotidie civitatem fortium ascendit sapiens, & destruit robur fiducia ejus, cum aliquis fidelis ductor argumenta philosophorum contradicções, quibus sceleris suæ defendere & alleviare nituntur, assertione fidei, & ecclesiasticae castigationis disciplina redarguit, atque evicerans annulari.

*Tes[u]s mendax, peribi: vir obedienti, loquitur viciam.)* Quis Deo servite testatur, nec factis dicta exceptitur, peribit. Qui autem fideliter ut promittit, iustis subditur divinis, hujus loquela ad victorianam pervenit: quia alii per obedientiam sua desideria vincere latage, per iustitiam judicis postmodum victoriae palmam percipit.

*Vir impius procaciter obfirmat vultum suum, qui autem recte est, corrigit viam suam.)* Judas, quia impius corde erat, quamvis ipso Domino redarguente, noluit mala cessa restringere: porro Petrus quia rectus erat corde, id est rectitudinis amator, respiciens le Domino, mos penitentio correxit, quod negando deliquerit.

*Non est sapientia, non est prudenter, non est consilium contra Deum.* Quæcumque confilantur & sapienti hazardi, nihil est, & vanum & inutile.

*Ego paratus ad diem belli, Dominus autem salutem vivit.)* Hominis quidem est Deo devorum tempore persecutionis animum præparare, corpus offere discrimini: sed divini est adjutorii, ut ceptio laboris, agonia victoria, salutis succedat.

## CAPUT XXII.

*M*elius est nomen bonum, quæ dicitur multa. Nomen bonum dicit, non quod à turbis volgi imperti, sed quod fidelium, quamvis patitorum testimoniis laudetur. Neque enim bonum habere nomen refutari, sed à bonis solum quærebat laudari, qui ait: *Si adhuc hominibus placet, Christi servi non esse.* Nomen ergo bonum est, non men religionis, quod dicitur mundilibus jure praefatur. Nam eti si mundum quis lucratetur universum, merito hunc contemneret, tantum ut nomen eius scriberetur in celo, eisque memoria, & inter angelos, & inter homines sanctos figeretur aeterna.

*Super argentum & aurum, gratia bona.)* Illam significat gratiam, cum quis pro bono opere laudatur à bonis immo pro collatis ei donis meritorum, glorificatur pater qui in ecclasi est.

*Dives & pauper obviaverunt sibi, utriusque operator est dominus.)* Neque divitem propter divitias & honores, neque pro inopia pauperem despicias: sed hoc in utroque merito venerare, quia opus sunt divinum, quia ad imaginem Dei, & similitudinem facti.

*Callidus videt matrem, & abscondit se: innocentem transi, & afflicti est damno.)* Multi ex principibus crediderunt in Dominum, sed propter Phariseos non confitebantur, ut de Synagoga non ejercentur. Quia enim erant callidi, videbant malum persecutionis, quod imminebat, & absconderunt fidem pietatis, quam parumper conceperant. Innocentes vero Apostoli pertransierunt itinere recto professionis, quo cœperunt, & afflicti sunt verbere, vinculis, carcere, & ipsa etiam morte multati. Utrorumque autem exemplum multi usque nunc, & in certamine fiduciæ & in communibus leguntur actibus. Hunc verum antiqui interpres manifestius, sed in aliud sensum translulerunt. *Afflitos videns nequam puniri valde, ipse disciplinam accogit, insipientes autem preterentes, damno afflicti sunt.*

*Finit modicæ, timor domini, diritis, & gloria, & vita)* Modicæ dicit constantiam operum bonorum: timorem vero Domini, illum qui permanet in seculo fæculi. Quia nimis perfectio virtutum est ad hunc ministrari concedere, quo gratiam conditoris, vel in modo timoris ostendere. Nihil proflus ejus memorie proponentes, quia alibi charitas vocatur, perfecta foras intemperante servilem videlicet & incipientem, quo metuit quicunque forte peccando ponis mereatur subigi. Quid autem subiungit, *Diritis, & gloria, & vita:* in futuro significat.

Fina

1. Petr. 3.

*Finis ergo modestia timor Domini, divitiae, & gloria, & vita.*  
 Quia nimurum perfectio virtutum est in hac vita, ut timeamus, Dominum timore sancto, hoc est synerga illum dilectione colamus. Finis virtutum in futuro, ut divitiae hereditatis promissa regni cœlestis gloriam & vitam sine fine percipiamus a Domino. Unde Petrus ait: *Quem cum virditio, exultabit latitia iuvenabilis, & glorificata, reportantes finem fidei vestrae salutem animarum vestiarum.*

*Arma & gladij in via perversi, custos anima sua, longè recessit ab eis.* ) Dupliciter intelligendum, quia perversi & armati sunt semper ad nocendum proximis, verbo vel opere scelerto, & ipsos parata semper expectant ultro divini examinis. Qui vero animam suam in eternum salvatur procurat, longè refugit ab hujusmodi armis & gladijs: quia & mente manumque suam à proximorum læsione referat, & ne animadversione disticti judicis ipse feratur, intenta mente praecaveret.

*Proverbium est, adolescentia iuxta viam suam, etiam cum senuerit, non recedet ab ea.* ) Constat plerisque in senectute, Domino domante, mutari à vitis, quae adolescentibus habuerant & contraria, nonnullos illo deficiente se deservire circa senium virtutes, quibus in adolescentia videbantur illustrati. Sed quia multo sapientius quisque mores quibus ab adolescentia imbutus est, in reliquum vitæ tempus excepto confuevit, proverbium esse dicit, quia quod adolescentis quisque cessavit, in senecta non mutaverit. Non tamen ipse semper ita evenire confirmat. Idcirco autem hujusmodi proverbium ponit, ut auditores suos à prima etate virtutibus studeat perducat, ne forte in senectute non possint dicere studia, quibus in tenera etate mancipari despicerant. Nam & quo sensu imbutare etiam servabat odorem testudinum. Et Graeca narrat, Iustitia, Alexandria potestissimum regem, orbis dominatorem, & in moribus & in incessu Leonidis pedagogi sui non potuisse carere vitis, quibus parvulus adhuc fuerat illatus.

*Dives pauperibus imperat, & qui accipit mutuum, servus est sacerdoti.* ) Pater juxta literam. Sed & divites virtutibus in judicio occulti inspectori principiantur eis: immo corum futuri judices existunt, qui virtutum divitiae parent, & qui verbum falutans doctrinam accipiunt a doctore, servus est eis, id est debitor implendi omnia quae illi magisteri cœlestis jure præcipit.

*Qui seminat iniquitatem, metet malum.* ) Certum est, quia hic qui vel verbo vel exemplo docet iniquitatem, recipiet vindictam: sed quia lequitur. *Et virga ira tua consummabitur;* illam maximè iniquitatem videtur dicere, quae immitti & impia mente pergitur, ut est latrociniu[m] exercere, homines servito premere, tormentis laniate, morte peccatore, boven viduæ pro pignore auferre, ipsam de adversariis, cum possit, vindicare non velle. Talis enim est virga iræ tuae consummabitur: quia sicut Dominus ait, *Omnis qui accepit gladium, gladio peribit;* id est, qui iniuste in aliis se vident, ipsa exercita libimet interitum conscientiam. Verum quia dixerat de impiis, sequitur econcordatio de pio:

*Qui prouidit misericordiam benedicitur: de panibus enim suis dedit pauperi.* ) Huc simile est illud iudicis ejusdem, qui misericordes ab impiis discernens, ait: *Venite benedicti patri mei, poibidet regnum patrum vestrum à constitutione mundi;* quia servi, & deo suis mihi mandare, &c. Possunt autem panes, qui pauperi dantur, non solum alimenta carnalia, sed etiam doctrina spiritualis, quae anima reficitur, intelligi.

*Ejus derisorum, & exhibet cum in ergium, cessabunt iugis, causam coniunctam.* ] Ejus hereticum, quem corrigit non potes, ab Ecclesia: & cum illi libertatem avulseris prædicandi, catholica pacia auxilium prestat.

*Qui diligit cordis munditiam, propter gratiam labiorum suorum, habebit amicum Regem.* ) Qui mundo corde recte prædicat inter illos communemabitur, de quibus eidem Regis & conditoris feculorum Prophetæ dicebat. *Mibi autem nomen honorificati sunt amici tu Deo.* Nam si quis gratiam labiorum recte prædicando præmonstrar, cordis autem munditiam custodiisse dissimulat, nequaquam talis æterni regis amicitia frui posse, putandus est.

*Oculi Domini custodiunt scientiam, & supplantantur verba iniqui.* ) Superna inspeccio custodit semper in Ecclesia scientiam viritatis, quam docuit verba hereticorum, immo omnis fermo pietatis & justitiae contrarius, quia Domino regente non servatur, cum tuo authore subvertitur.

*Dicit piger leo in medio platearum occidendum sum.* ) Dicit scep[er]e in animo suo is qui ad agenda opera bona piger est ad confitendam fidem quam corde teneat timidus. Non audeo fidem, quam teneo, foris profiteri, ne me persecutor impius, qui fidelem audie perit. Timeo ad exercendas virtutum actiones in publicum progredi, ne forte me vel antiqui hostis adversitas gravior tentet, vel etiam homo qui liber perversus cum suorum turba derideat, convicijs confundat, injurijs afficiat: aut sic multis iustorum, qui ab eius vita discordant, tormentis & morte consummat. *Leo est,* inquit, *foris in medio platearum occidendum sum.* Quod est a parte dicere, Et verbo & opera virtutum ubi ostendit foris cœperit, statim persecuto vel hominum vel spirituum committatur immundorum. Nec valeo tentationibus resistere, sed in ipsius boni proppositi vincere incœptis.

*Fove a profunda os aliena, cui iratus est Dominus, in illam.* ) Qui verba vel oculi meretricis libenter amplectitur, quasi januam jam gehennalis pulsat abyssi, citiusq[ue] mergetur, si pedem cautus non retrahit, si non membra cætera à vitis cohibet foveæ pœnalis, quam nullus omnino nisi filius ira illabitur.

*Stultitia colligata est in ore pueri, & virga discipline fugabit eam.* ) Multos novimus pueros sapientia prædictos, nam Hic remias puer prophetæ ministerium suscepit. Et Daniel scribit, *Quia Deus dedit puerū astinentibus scientiam & discipinam in omnibus & sapientiam.* Unde restat intelligere, quia pueros hoc loco, non etate, sed sensu parvulos significat, quales esse vertabat Apostolus eos, quibus arti, *Nolite prius officiis sensibus, sed malitia parvuli estote.* Hujusmodi enim pueros, id est, animos stultitiae, vel laetitiae, vel inertiae deditos, necesse est juvenili disciplina castigari, & ad iustum vitam tramitem, prudentium vigore perdici.

*Qui calumniatur pauperem ut angeat divitias suas, dabit ipse ditorum, & egreditur.* ) Conitar, quia rapaces, & quæ pauperibus auferunt, & quæ justè videtur possidere, pariter omnina perdunt, cum in examine dilatati judicis penas pro his, que gessere recipient: sed & is qui pauperem spiritu fratrem calumniatur, virtutibus eius detrahendo, ut per hujus virtutoperio nem ipse divitias quas desiderat, angeat: id est, gloriam laudis humanæ maiorem, quasi sanctior accipitiam erit ratis calumniator, quicquid bona actionis habere videbatur, amittit, & à fructu virtutum vacuus in fine manebit.

*Huc uero pertinet titulus Parabolatum Salomonis, qui supra positus est: ex quo novum locutionis genus probatur aslumpfise, ut ea quæ diceret, non quasi ad alium quem doceret loquendo, sed velut solus secum ratiocinando videatur affari. Quarum videlicet Parabolatum primus est versiculus, *Filius sapiens letificat patrem: filius vero scutus, maliitia est matris sua.* Ultimus iste, ad quem uulque explanando pervenimus. Hinc ad priorem loquendi modum revertitur, ut specialiter ad eum quem instruit, verbum faciat: quod ita incipit:*

*Inclina aurem tuam, & audi verba sapientium: appone autem cor ad doctrinam meam.* ) Pulcherrimum iuriu[m] ponit novæ locutionis, ut aurem pariter ad audiendum, & cor apponere ad intelligendum, quæ sapientes loquantur, eum, quem erudit, jubear.

*Que pulchra erit tibi, cù servaveris eam in ventre tuo, & redundabit in labiis tuis.* ) Aspera scep[er]e videtur insipientibus, & infatuis doctrina sapientiae: sed cum ejus virtuem intimo corde perceperint, cum operibus servare: cum hanc quoq[ue] labiis propinare fratribus didicerint, pulchritorem hanc cœteris dogmatibus effe deprehendent.

*Ecce descripsit eam tripliciter tibi, in cogitationibus & sciētia ut ostenderem tibi firmatatem, & eloquia veritati.* ) Tripliciter auditori doctrinam descripsit suam, quia cogitate, loqui, & operibus hanc exercere præcepit. Quia descriptione tripliciter dogmatibus effe deprehendit.

*Non facias violentiam pauperi, quia pauper est; neq; conteras egenum in porta, quia Dominus iudicabit eum à eius.)* Porrect de quolibet paupere vel egeno accipido quo dictum est, *Tibi enim derelictus es pauper, pupillo tu eris adiutor.* Verū quia sequitur, *Et configet eos qui conficerunt animam eum,* Melius de illo intelligitur, *Qui cum dives es et pauper factus es pro nobis.* Nec solum pauperari ut nos dicatis, sed etiam ut nos redimeret, crucifigi dignatus est. Prohibet ergo sapientia Ios auditores Domini, in caro prædicant violentiam mortemque infestare, quia nimur certus restat interitus eis, qui in auctore vita manus mittere non timuerunt.

*Noli esse amicus homini in acundo, neq; ambules cum viro furioso, ne forte discas semitas eius, & sumas scandalū anima tue.*) Et hæc cùm de omni iracundo vel furioso possint generaliter accipi, tamen nihil prohibet de illis, qui contra Salvatorem & discipulos ejus vœlana mente furbabant: a quorum amicitia & comitatu prohibentur, quicunque in eum credentes, curam sua salutis agebant, ne ex vicinia pravorum etiam ip'si perirent, quod Judæ Scariothis casu fieri potest probatum est. Generaliter autem dicendum, quod si cui perfecti viri perversos proximos non debent fugere, quia illos s'ad recidivitatem prostrahunt, & ipsi ad pervertitatem nunquam trahuntur: ita infirmi, quique frequenter aspiciunt, & corriger non valent, delectentur imitari.

*Noli esse cum his qui defigunt manus suas, & qui vades offrunt pro debitis, Si enim non habes unde restituas, quid causas est, ut tollat operimentum de cubili tuo?*) Noli esse cum his qui se cùm effici liberi, ac subitem vacantes, defigunt in causa salutis malorum, spondentes rationem pro corum animabus Domino redditarios. Si enim ille, pro quo spondet, non haber bona opera, quibus te liberum ac secutum reddat tua sponsonis, quid tibi uile est, ut ipse in die iudicis pro eis anima judicaris, amitale que habitum iustitia, quo induitus es videbaris? Unde & Dominus, *Messu quidem multa, operari autem pauci.*

*Frigus nivis in messe aliquantula est quies prædicantium à perfectione regnantium.* Reclite ergo dicitur, *sicut frigus nivis in die messe, ita legatus fidelis et qui misit eum, animam illius requiesceret facit.* Quia sicut opereabile est prædicatoriis verbis, cùm ab infidelium rabie forte aliquid refrigeret accipiunt, nec facultas docendi negatur; ita ip'si qui ad prædicandum eos misit, Domino gratum esse constat, cùm acceptam ab eo legationem etiam inter adversa obstantium fideleriter implent. Denique ut Lucas refert, reversi à prædicationis officio discipulis, exultans Spiritu sancto, pati gratias obiulit, dicens: *Confiteor tibi pater Domine cœli & terra, &c.*

*Nubes & ventus, & pluvia non sequentes, vir gloriosus, & promissa non complens.*) Hunc simile videtur quod superius ait: *Ne lacles quenquam labib' tuis.* Sed ille vermiculus speculator hoc contineat, ne promittendo hominem luscias, & non complendo decipias: iste vero vermiculus & hoc contineat potest, & illud quod dicit Apostolus. *Habentes speciem pietatis, virtutem eius negantes.*

*Patiens & leniens principes, & lingua molli constringit dextram.*) Quamvis Dominus peccando offenditi, potest tamen eis metiri clementiam, si patienter adverba, quae tibi pro peccatis irrogantur, pertuleris, humiliisque satisfactioone duritiam donaveris consumacie prioris.

*Mel invenisti, comedie quod sufficit tibi, ne forte saturatus evomas illud.*) Dulcedine invenisti coelstis intellectus, quæ spiritu patrum officio, quasi prudensissimum apicum tibi labore ministrata est. Vide ergo ne in ea plus appetere appetas, quam oportet sapere, ne dum summa intelligere ultra vires quævis, etiam quæ bene intellexeris, amiras. Potest autem in hoc verbi typice dictum intelligi, quod in lequenti aptè subjicitur:

*Subtrah pedem tuum de domo proximi tui, ne quando satius oderit te.* Etiénim proximi cuiuslibet allocutionē vel visitationem melle dulcioret invenis: melius tamen est, ut tamen veniendo facias cum semper diligere ruum adventum, quam ut vel una vice tandi cum illo maneas: vel to-

tiens ad eum venias, donec te vide fasidias, & ne redcas, querat-

*Dens patridus, & pes lassus, qui sferat super infidelitatem angustie, & amittit pallium in die frigoris.*) Et literem misit: *Mag. Qui recte denti purido, & pedi laesso comparauit: quia quillid unicum bonum hominis, hoc est adhuc Deo, & ponere in Domino Deo (pren suam nescit: iste nec vita fulciper cibum, nec mansuetum potest desiderare salutis attingere.* Et talis amittit pallium in die frigoris, quia eis in serenitate vita præfentis habitu religiosum videbat indutus, ubi tamen diutio justi iudicis inguerit, natus omnimodo ab ornato justitia apparet, ac eorum confitit dignus. De quibus scriptum est, *Beatus qui vigilat, & vestit vestimenta sua, ne nudus ambulet, & videat turpitudinem eius.*

*Accutum in nitro, & qui cantat carmina corde peccata.* Nitrum à Nitria provincia, ubi maximè nasci solet, non men accipit: nec multum à salis Amoniaci specie distat. Nam sicut salam in littore maris fervor efficit solis, durando in petram aquas marinas, quam major vis ventorum, vel ipsius maris fervor in littoris ulteriora projectat: ita in Nitria, ubi aëstatis pluvia prolixior temetum infundunt, aderit ardor sideris tantus, qui ipsas aquas pluviales per latitudinem arenarum concoquat in petram salis quidem, vel glaciem aspectu simillimum: sed mil gelidi rigori, nil salis laporis habentem. Que tamē juxta aquarum talis, in cauteate durate, atq; in nubilo aëre fluere, ac liquefieri solet. Hanc indigenas sumentes levant, & ubi opus fuerit, pro lavamento utuntur. Unde Judea pecunia dicit Propheta, *Si taveras te in nitro, & multiplicaveras tribus terras, Bozeth, maculata es iniquitate tua, dicit Dominus Deus.* Crepitat autem in aqua quomodo calx viva, & ipsa quidem dispergit, sed aquam lavationi habilem reddit. Cujus natura, cui sit apta figura cernens Salomon ait, *Accutum in nitro, & qui cantat carmina corde peccata.* Accutum quippe si mitato in nitro protinus ebullit: & pervertit rieris, quando per incertitudinem corripitur, aut per prædicationem dulcedinem bona suaderit, de correptione fit deterior: & inde in mutuariis iniquitatibus succenditur, unde debuit ab iniuriate compelci.

*Sed surserit inimicus tuus, ciba illum: si sistet, da et aquam bibere.*) Et de corporalibus alimentis, & de spiritualibus potest intelligi.

*Prunus eius congregabis super caput eius, & Dominus redet tibi.*) Non de incendiis per centrum dicit, neque enim doceat sapientia, ut bona inimico, perditionis causa, militares: sed prunus super caput eius, ardorem charitatis in corde eius significat. Fit enim nonnunquam, ut inimicis ei vietus beneficijs, oditorum rigore molito calorem in mente charitatis excipiat, ac de inimico amicos fieri: & eum quero inquit oderat, reclamare incepit.

*Venit aquo dissipat pluvias, & facies triflu linguam dare benthem.*) Si hilari vultu audiens detrahentem, quilibet fornicatus detrahendi: si vero tristis vultu haec audies, ut dixit quidam vir, dicitur non libenter dicere, quod didicent non libenter audiri.

*Melius est sedere in angulo domat, quamcum matrem lassigia in domo communi.*) In domo, doma & excelsis & lectus est locus. Quod enim doma Græcæ, latine dicuntur clum. Denique in Actibus Apostolorum, ubi Petrus superiora ad orandum ascendit: pro superioribus, in Græco doma scripsit. Melius est ergo in altitudine virtutum manere quemplam liberum à vinculis uoxis, & a seculi hujus secretum desiderijs, quam cum carnali uita voluptatis: quotidians nefaræ mulieris consumens affici.

*Aqua frigida anima stient, & nuncius bonu' de terra legitima.* Dicit Pfal. *Sicut cervus desiderat ad fontes aquarum, ita desiderat anima mea, &c.* \* Aqua frigida ergo, que fluentis ardorem restinguat, & nuncius qui de longe veniens nova qualibet & inopinata gaudia portet, assoluitur: quia & dulcedo divinae visionis animam diu desiderante confortatur, atque ab aucto præsentium turbulationum liberatur: & angelus quotidie terra longinquæ, hoc est cum

de superna patria descendentes in mundum justos, vel inter tentationes spe celestium roborant, vel iustis tentationem certaminibus palmam perpetuae retributionis inducent.

Fons turbatus pede, & vena corrupta, justus cadens coram impiis.) Fons & vena, vita eis & lingua iusti, qui meditatur sapientiam, & loquitur iudicium. Et si hunc à diabolo superari, atq; in easum redigi contigerit, merito fons turbatus adversario conculcante, & vena dicitur corrupta. Evenit enim sapè, ut qui majore scientia prediti fulgeant, ad ultimum plus volentes sapere quam fragilitate humana concessum est, in insipientie foveam decidant. Unde sub-jungitur.

Sicut qui nel multum comedit, non est ei bonum: sic qui scrutator est maiestati opprimit gloria.) Dulcedo enim mellis, si plus quam necesse est, sumitur, unde deleatur os, inde vita comedentis necatur. Dulcis quoque est requisitus magnifici: sed qui plus hanc scrutari appetit, quam humanitas agnitus permittit, ipsa hunc ejus gloria premitt: quia velut mel lumperum immoderata, percurritus lensum, dum non capitur, rumpit. Non hoc autem solum quisque sapiens attendere debet, ne altiora se querat, & ne fortiora scruta-tus sit: verum etiam ne ea que recte atq; utiliter scire potuit, immoderatus sermonibus sibi metuuius uilia reddat. Unde adhuc apie subiungitur:

Sicut ursus patens, & ab eo murorum ambitu, ita vir qui non potest in loquendo cibibere spiritum suum.) Si enim murum silentii non habet, pater inimici jaculat civitas mentis. Et cum se per verba extra lementiplam jacit, apertam te adversario ostendit: quam tanto ille sine labore superat, quanto & ipsa qua vincitur, contra semetplam per multiloquium pugnat.

## CAPUT XXIII.

Quomodo nix aestate, & pluvia in messe, incedens est stultus gloria.) Et hic verificulus ne indecēs honor docendi committatur, premonet. Nix namque aestate, & pluvia sunt in messe: persecutions infidelium in tempore prædicationis Evangelice, quæ dum graviores forte insistunt, & calorem in multis impediunt dilectionis, & fruges bona operationis feedant. Quibus recte gloria, quæ stulto confertur, messe similes allaveratur: quia si indecēs cathedra docendi tributur, aquæ per hoc Ecclesia infidelium persecutione laeditur: quod esse verissimum, Artianæ tempestatis calamitas probavit.

Nam sicut avis ad altaria transvolans, & passus quolibet vadens sic maledictum frustra prolatum, in quemquam superveniet.) Verba quidem recte avibus comparantur, quod sonando per aera transvolant, ab ore videlicet loquentis ad aures usque audiendis: sed distane in ea, potest fieri, ut avis quilibet volans, eo loci residat, ubi nil ei certe necessitatibus aut utilitatis suppedit. Verba autem que loquuntur, non quo libet dispersa in ventum defluant atq; evanescent, sed in auctoritate suum cuncta revertuntur, & vel bene prolatas juvant loquentem, vel male edita gravant, ita ut pro omni etiam oculo verbo rationem in die iudicii reddere cogantur. Quanto autem magis maledicta non solum ea que in aliis uita mente insontem jaculantur, verum etiam illa que negligenter confunduntur, passim in quoslibet profestuntur, non alium, sed ipsum maledictum opprimunt. Neq; enim maledicti regnum Dei possidebunt. Non autem sine causa dicit, maledictum frustra prolatum: quia est & maledictum non frustra prolatum, sed uita divina distinctionis in impiis emissum: ut est illud beati Petri in Simonen Magum, Pecunia tua tecum sit in perditionem. Et ea quæ Apostatas & hereticos Ecclesiastica animadvectione profestuntur, anathemata de quibus Dominus eidem Ecclesiæ dicit, Quæcunque illigaveris super terram, erant ligata & in celo.

Ne respondeas stulto juxta stultitiam tuam, ne efficiari similes ei.) Responde stulto juxta stultitiam tuam, ne libi sapiens esse videatur. Non haec invicem libi contraria debent videbitur: nos respondere stulto juxta stultitiam tuam, & respondere stulto juxta stultitiam tuam. Utrumq; enim pro temporum & personarum diversitate concordat: dum & stultus

contemnitur, quia non recipit sapientiam: & stulta superbia, alia decuitur stultitia, juxta quod & Apostolus ait, Faetus sum in insipienti, vos me coegeritis.

2. Cor. 12.

Claudius pedibus, & iniquitatem bibens, qui mittit verbas per nuncium stultum.) Potest forte evenire, ut sapiens quilibet stultum in legationem mittat, nesciens quia stultus est: nec tamen ipse sapienter sua gloriam perdat, in eo quod degenero bono, quod audierit credit. Sed qui hereticus sciens mittit ad prædicandum populis, claudius est pedibus, & iniquitatem bibens: quod & operis boni foris in celum amittere, & interiora sui sensus haustu stultitiae debriat.

Sicut qui misit lapidem in acervum Mercurij, ita qui tribuit insipienti honorem.) Qui insipienti, id est, hereticus confert honorem docendi, non minus delinquit, quam qui deos & delubra gentilium cultu venerantur.

Quomodo si nascatur spina in manu temulentis, sic parabolæ in ore stultorum.) Spina nascitur in mano temulentis, cum in operibus ejus qui carnalibus servit illecebris, punctiones oriantur scelerum. Quibus recte parabolæ, quam stultus proponit, assimilatur: quia etiæ verba prudentis stultus dices te novit, nihil in his tamen virtutum punctiones, quibus vel teipsum, vel proximum lacerat, vitare non novit. Sapere nasque imprudens, in eo quod bona dicit, aut suam occulte laudem ab hominibus, aut vituperationem querit a liorum.

Sicut canis qui revertitur ad vomitum suum, sic imprudens qui iterat stultitiam suam.) Canis cum vomit, profectò cibum qui fecerat deprimebat, ejus; sed cum ad vomitum revertitur, unde levigatus fuerat, iterum oneratur. Et qui admissa plangunt, profectò nequit, de qua malè satiati fuerant, & qua mentis intum: deprimebat, confitendo proiciunt, quam post confessionem dum appetunt, refutant.

Vidisti hominem sibi sapientem videris, magis illo stem habebit insipienti.) Hoc exponens Dominus, ait: In iudicium ego in hunc mundum veni, ut qui non vident, videantur: & qui vident, caci siant.

Dicit piger, Leena in via, leo in itineribus. Sicut ostium vertitur incardine suo, ita piger in lectulo suo.) Multi cum verba exhortationis audiunt, caecantur de diabolo, dicentes. Velle quidem se viam iustitiae incipere, sed impedit à satana, ne hanc perficeret posint: sicq; hujusmodi exhortationis sermonibus semper in lectulo sui torporis, sicut oculum in carne vertuntur. Et modò exire ad operandum, modò ad quiescendum redire proponentes, in suis acere pravitatuibus nunquam defluntur.

Sapientior sibi videatur piger septem viru loquentibus sententia.) Septem viros loquentes sententias illos dicit, qui se proficiunt spiritu gratia pleni, sanctæ scripturae nobis scientiam ministraverunt. Quibus se sapientiorem stultus arbitrat, quia sapere nonnulli adeò mentem ab agendis his quæ Dominus præcepit, deficientevertunt, ut ne hæc quidem omnia vel posse ab homine, vel debere impleri contendunt. Et quasi sapientiores his qui divina eloqua scripserunt, ea facere hominem non posse auturant, quæ illi dicant. Ante Spiritu sancto, hominem facere iussuerunt: non etiam quæ multis homines juvante spiritus eisdem gratia persicisse monstrant.

Sicut qui apprehendit auribus canem, sic qui transit & impatiens, commiscetur rixa alterius.) Dicit Apostolus: Noli verbis contendere: ad nihil enim utiles, nisi ad subversionem audientium. Quicunque ergo simplex sentit est, & duobus inter se jurgantibus mordaci sermone capti fuerit ejus auricula, citio incipit & ipsa quasi canis latrare, & contentiones gererare, led hoc sapiens omnino devitat.

Verba susurrunt quasi simplicia, & ipsa perveniunt ad interiora ventru. Susurrorum inventorem habet, & bilinguem appellat, qui simulat laudem verborum, & querit audire unde jurgia seminet.

## CAPUT XXIV.

Ne gloriari in crastinum, ignorans quid superventura pariat dies.) Ne lecturus sis aliquando de futuro tempore: quia etiæ hodie te Domino servire conspicis, qualis esse in futurum

10an. 9.

2. Tim. 2.

futurum possit, quomodo vitam finire, propterea prævidere non vales. Beatus enim homo qui (semper est) pavidus.

*Grave est saxum & onerosa arena, sed ira stulti utroque gravior.*) Grave quidem satis est quenquam vel uno aliquo crimen capitali, quasi pondere laxi deprimi, vel quasi gloriae arena innumeris, peccatis laxioribus onerari; sed utroque gravior ira stulti, quia nimis tunc haec quo certius quam sint mala, patescunt, eo acris animam, ut castigentur, compungunt. Ira vera, quia non corporale, sed spirituale est virtutum, quo minus deprehenditur, eo amplius gravat. Unde non absolute iram, sed iram stulti dicit falso & arena graviore. Nam sapientes, quo modo actus suos ac sermones ita mentis quoque motus solerter examinare & castigare tagunt.

*Ira non habet misericordiam, nec erumpens furor: & impetum concitati ferre quo poterit.*) Non de omnibus ira dicit, nam di- mitissimo ac modello viro scriptum est: *Quia exiit a Pharaone iratus nimis.* Sed ira stulti dicit, cuius in priori versiculo meminerat quae ubi excanduerit, mox viscerat pietatis amittit, & furore tantum suo novit frangere laxare. Alioquin de utili ac necessaria ira dicitur, *Melius est in risu: quia per tristitiam vultus, corrigitur animus delinquentium.*

*Melior est manifestatio corripit, quam amor absconditus.*) Amorem absconditum hoc loco, amorem dicit illicetum: ut est amor adulterinus, qui ob sui turpitudinem meritò sapientibus, ne redarguantur, absconditur: cujus iure manifestata correptione praefertur, quia absq; ulla contradictione, melius est quempiam defensione corrigendi palam corripere, quam studio simul peccandi clanculo diligere.

*Melior sunt vulnera diligentis, quam si audientia oscula ostendit.*) Melius est à Domino, qui nos ut filios pater erudire conseruit, vulnera & afflictionem peperit, quam dialis blandimentis decipi: qui ut nos caelesti hereditate privet, nostris favere solet etatibus, quasi leve sit malum quod agimus, & ultra modum peccatorum nostorum levius tribulatio, quam Domino dispensante toleramus.

*Anima saturata calcabit savum, anima esuriens, & amarum pro dulci sumet.*) Anima divitum, qui habent consolationem suam: & quibus dicitur à Domino, *V&e; vobis qui saturati esum, quia esurio, spernit auditam caelestis regni dulcedinem:* anima autem eorum, qui cibitate & suorum iustitiam, etiam aduersa seculi pro Domino, immo ipsam mortem perpeti dulce habet, sciens se per poculum amaritudinis ad gaudia perpetua salutis esse venturam.

*Sicut avis transmigrans de nido suo, sic vir qui relinquit locum suum.*) Sicut avis quae negligit ova sine pullo quos forverat, & alacrum avium vel animalium rapui dimicavit nisi nimirum ille, qui custodiā virtutum, in quibus proficiebat, deleri: earundem virtutum quashabere videbatur, immundus spiritibus ipse proditor exiit. Unde alius dicit, *Si spiritus potest aem iubento ascenderit super te, locum tuum ne dimiserit.* Quod est aperte dicere, Si principis mundi, id est diabolus tentatio tibi forte institerit, cayeto solitus, ne a bona operatione, cui infudatas, desitas.

*Melior est vicinus iuxta, quam frater procul.*) Melior est tibi vicinus alius, qui tibi animum fraterna societate connectit, quam germanus frater, qui iura fidei & pietatis communia habere tecum neglit. Quod Dominus in parabolâ vulnerati à latronibus, eis qui descendebat ab Hierusalem in Hierico: & Samatiani, qui curam gerit illius, manifestè probavit.

*Qui benedicit proximo suo voce grandi de nocte consurgens, similius est maledicti.*) Voce grandi proximo benedicit, qui cum favore superflua laudis extollit: vel malis videlicet actibus eius contra iustitiam favendo, vel bona plus iusto laudando. Sed hic maledicti assimilatur, quia plurimum laedit eum, cui laudando sine in mala actione confidentiam tribuit, seu in opere recto simplicitatem puri cordis minuit: ut videlicet bonum quod supernæ mercedis intuitu inchoarat, transitorie laudis amore consummet.

*Ferrum ferro acuitur, & homo exaserat faciem amici sui.*) Satis bona est collatio & consilium sapientium: qui ubi te invicem consulendo instruunt, ferrum ferro acuitur.

*Infernu & perditio non replebuntur, similiter & oculibus minù insatiabiles.*) Inferni tormenta non replebuntur, termino accipiendo: similiter & intentiones omnis, qui humana rapiunt, insatiabiles sunt in defensione peccandi. Qui & ideo sine fine paenas luunt, quia voluntatem habuerunt.

Diligenter agnosce vultum peccoris tui, tuusq; gregis confite, *ra, Non enim habebū jugiter potestatem, sed corona tribuitur in generatione generationum.*) Pastori dicitur Ecclesia, Diligenter adhuc curam eis, quibus te preceps contigit. Agnoscere animos actusq; singulorum: & si quid in eis vilius & fondidam invenieris, citius castigaremento. Non enim tu semper oves Dominicæ pacendi potestatem habebis, sed æterna est corona, quam percipes, si commissum ubi gradum tuo tempore bene ministraveris.

*Aperta sunt prata, & apparuerunt herba videntes, & collita sunt fœna de montibus.*) Aperta sunt modo palea sacramentorum caelestium, quæ diu fuerant typis praedicta legalibus. Apparuit novitas Evangelica veritatis & gratiae: collecta sunt in pabulum gregis Domini scripta parva reterum: ablati quidem Judæis superbiteribus falce divinae animadversionis, & humiliibus Ecclesiæ populis ad spirituale subsidium data, iuxta quod Dominus illis, Aspergunt, inquit, *à vobis regnum Dei, & dabitur genti facienti fructum eius.*

*Agni ad vestimentum tuum, & hædi agri premium.*) Agnos innocentes, hædos pœnitentes nuncupas. Agnorum ergo vellere vestieris, dum boni obedientiam dispolorum moribus pastor ipse proficeris, eorumq; laudabilis facta cernens, & in ornatu virtutum, & in calore dilectionis ipse gloriolor extiteris. Hædis agrum comparabis, dum pœnitentes ad pœnitentiam vocando, sublimiori tibi in terra viventium locum acquisitis.

*Sufficiat tibi lac caprarium in cibis tuis, in necessaria sumtuosa, & ad viatum ancilla tuis.*) Tanta instantia pecus tibi commissum pacce, ne tibi lac astuta novum, nec frigore defixus tibi semper, tuusq; sufficiat: id est, tanquam doctrinæ insta, ut etiam quondam pœnitentes ad officium docendi provehas: quatenus per illos, qui pridem pro fecitate vitiorum ad similitram judicis videbantur esse ponendi, modo rationabile, & sine dolo lac vabi parvulus senti ministeretur. Fit autem lac caprarium ad viatum annullis, quando hi qui nondum amore pœfido, sed adhuc timore servili Domino deseruent per exemplum, vel verba eorum, qui per pœnitentiam salvi facti sunt, vivificis verbi epulis reficiuntur, atq; ut ad majora virtuum proficiant incrementa, uniantur. Quidam hoc quod dictum est, Aperta sunt prata, & apparuerunt herba videntes, & collita sunt fœna de montibus agni ad vestimentum tuum, & hædi ad agri premium: ita postulat, Aperta sunt monumenta, aperte ruerunt corpora a rediviva, & questrati sunt peccatores a terra, fœnum ad comburendum de locis excelsis. Questrati sunt agni ad dexteram, hædi ad sinistram. Agni ad vestimentum regi: quia ipse dixit, inhabitabo in eis. Hædi pro precio sandrum, quos nocuerunt ignibus renundantur.

#### CAPUT XXV.

*Fugit impius nemine per sequente.*) Qui non est in fide fortis, etiam nullus persecutor infelix, nonnunquam sponte fidem deferit, quando vel latrocineis, vel perjuis, vel fornicationibus, vel veneficijs, alijq; hujusmodi sceleribus infidelis simile reddit.

*Iustus autem quasi leo confidens, ab his, terrorre erit.*) Inocuus bestiarum ideo leo non trepidat, quia prævaleat le omnibus non ignorat. Unde iusti viri securitas leonis tecte comparatur, quia contra le cum quislibet surgere conficit ad mentis sua confidentiam redire & leit, quia cunctis ad versantes superat, quia illum solum diligit, quem invictus nullo modo amittit.

*Viri mali non cogitant iudicium, qui autem reparant dominum, animadverterunt omnia.*) Omnia animadverterunt electi, hoc est & futurum esse differunt, men universalis iudicij, & quibus operibus requies, quibus poena retribuerunt æternam.

*Qui decipit iustos in via mala, in inferno suo carnet, & similes posidebunt bona eius.*) Qui per doctrinam haræticam decipit.

*Psal. 31.* decipit amatores justitie, ut à veritate devient, ipse quidem pro malis luis pcam quam mactetur; incurrit; bona autem si qua gerebat, vel utilia scribendo, vel continenter vivendo, alii in adjutorium cedunt: eis nimur qui hæc legentes sive audientes, exempla sibi salutis etiam ab eo, quem per ille norunt, assument.

*In exultatione iustorum multa gloria.*) Quia videlicet non de presentibus divitiis, sed de eternis in futuro bonis exultant. Non de rebus mundi quem vident, sed de creatore mundi, cuius visionem sperant, larantur: dicente Psalmographo, *Letamini in Domino & exultate in ipso.* Vt certe in exultatione iustorum, multa sit gloria: quia quoties electos in hac vita pro eventibus Ecclesiæ prosperis exultare contigerit, multa à Domino gloria explorimorum fidei, ac piis operibus datur.

*Et qui stultus apparuerit, post quæ elevatur isti in sublimi: enim intellexisse, ori imposuisse manum.* Ipse cuperet sublimi elevarit, cum Deum se esse mentiret. Sed elevatus sublimi stultus apparebit, quia in ipsa elatione finit, per adventum veri iudicis deficit. Quod si intellexisse, ori imposuisse manum id est supplicium tuum, cum superbe excessus est, prævidisset, bene aliquando conditus in tanto statu superbia non fuisse clausus. De quo nequam moveat, quod superioris dictum est. Quartum quod inedit feliciter. Tria quippe incedere bene, dixit, & quartum feliciter. Non enim omne quod feliciter bene, nec in hac vita omne quod bene, feliciter. Nam leo, gallus, & aries bene incedunt, sed non hic feliciter, quia perlecionum bella patiuntur. Quartum vero feliciter, & non bene incedit, quia in fallacia illi Antichristus graditur, sed justa breve tempus vita prædictis ipsa illi fallacia proponatur.

*Qui autem fortis premis ubera ad eliciendum lat, exprimit buryrum: & qui vehementer emunq; elicit sanguinem, iubera fortiter premissus, cum verba facit eloqui subtili intellectu pensamus.* Quia pressione dum lac querimus, buryrum invenimus, quia dum nutriti vel tenui intellectu querimus, ubertate internæ pinguedinis ungemur. Quid nec nimis nec semper agendum est, ne dum lac queritur, subtilibus sanguis sequatur. Quia dum verba facit eloqui, plausum debet, discutuntur, in carnalem intellectu cadunt. Sanguinem enim elicet, qui vehementer emulget: quia carnale efficitur hoc quod ex nimis spiritus discussione lenitur.

Et q̄s

*Et qui provocat iras, producit discordias.) Quid præcedente parabola juxta literam significaret, aperit: quia qui in modesto fermone proximum allocutus, gratum accipit reponsum, quasi de uberibus, in quibus lacqueret, butyrum exprimit. Atque inepto verbo itam, discordiamque fratrem ex corde provocat, quasi ultra modum emungens verba, sanguinem pro lacte repetit.*

## CAPUT XXX.

**V**erba Lamuelis regis. *Viso qua eruditivit eum mater sua.*) Lamuel interpretatur in quo Deus. Et ipse de quo supra, codem nomine in Latinum verso dicitur, *Viso quam loquus est vir, cum quo est Deus.* Mater autem, quæ hanc eum viltonem edocuit, non alii melius quam divina gratia intelligitur, quæ illum in corde invisiibiliter eruditivit intellectu sapientiae, quam formæ hominibus ipse ministraret. Quamvis & ipsa carnalis mater Salomonis, hac eum parvulum docuisse rectè possit intelligi. Quia quidem ipse, quia lapienter dicta cognoverit, operi parabolatum (uarum misere voluerit. Et idèo rectè, postquam dictum est in titulo, *Verba Lamuelis regis*; additum est continuo, *Viso qua eruditivit eum mater sua.* Quia cùm in regnum unctus, spiritum sapientiae percepit, vidit in eodem spiritu, quam prudenter se mater bona docuerit.

*Quid dilecte mihi, quid dilecte uteri mei?*) Subaudis, Quid tibi dicam fili, qui de utero meo natus, electus es in regnum?

*Quid dilecte votorum meorum?*) Id est, qui electus es in hoc quod tua devotione desiderabam.

*Ne dederis substancialiam tuam mulieribus.*) Patet literæ sensus, sed & virtutum nostrarum substantias corruptionis viatorum contaminare prohibemur.

*Et divitias tuas ad delendos Reges.*) Divitias suas dat ad delendos Reges, qui terrenis delicijs, hominum corda corrumpit, ne coelestia bona inquirant, in quibus perpetuò possint regnare cum Christo. Delentur enim Reges per divitias, quando quilibet summi Regis corpori adunati per fidem, nihilominus per illecebras feculi merentur eradicari detraha viventium.

*Noli Regibus à Lamuel, noli Regibus dare vinum.*) Et hæc sequentia patent juxta literam. Allegoricè autem præcipit, ne ino, in quo est luxuria, inebri mentes fidelium, qui sunt membra Regis æterni. Quia nullum secretum est, ubi regnat ebrietas: nil de secretis cogitatur, ubi regnat voluptas carnalis: sed ea tantu carnales, que sunt visibilia scrutantur.

*Ne forte bibat, & obliviscatur iudiciorum, & mures causam filiorum pauperum.*) Ne terrenis debritius illecebras, oblitus pauperum Christi: qui & ipse pauper est factus pro nobis.

*Date siceram marentibus, & vinum hi, qui amaro sunt animo.* Bibant & obliviscantur egestatis sue, & doloris non recordantur amplius.] Sicutam & vinum hoc loco supernam divinæ sapientie consolationem dicit: quæ illis exhibenda cordibus, que in infinis consolatori refugunt: & quicquid occurrit in præsenti, amaro suscipiunt aximo, solis quæ nondum vident gaudijs caelestibus, tota mente inherentibus, juxta eum qui dixit, *Negavit consolari anima mea, memor fui Dei, & delectatus sum.* Item, *date siceram marentibus & vinum ibi, qui amaro sunt animo, &c.* His, qui pro plenitudine actuorum pristinorum meroe atq; tristitia deprimuntur, spirititalis scientie jocunditatem velut vinum, quod lætitat cor hominis, affluerit infinitude, eosq; australis verbi crupula refocillante, ne forte jugitate merois, ac lethali desperatione demersi, abundantior tristitia absorbeantur, qui ejusmodi sunt.

*Aperi ostuum nuto, & causis omnium filiorum qui pertransiunt.*) Pro causa pauperum, qui ipsi per se loqui in judicio non valent, ipse loqui memento, & eos defensare curato, qui patris coelestis intutus: hujus vita viam ocyus transire fatigunt. Alter os aperire nuto præcipit populo gentium fidei verbum prædicare, qui divina eloqua prius patologate nesciebat: & non tantum Iudeis, sed & cunctis per orbem nationibus curam salutis impendere.

*Aperi ostuum, decerne quod iustum est, & indica inopem &*

*Beda Tom. 4.*

*pauperem.) Sicut in versu luperiori pro causa & erceptione pauperis, os aperire præcepit: ita in isto, ipsum pauperem ubi erraverit, justè castigare ac judicare admonet. Juxta quod & Moyles ait, *Et pauperia in iudicio non misereberū.* Quod utrumq; facere Dominum Prophetæ insinuat dicens, *Sed iudicabit pauperes in iustitia, & arguet in aquitate pro mansuetu terra.**

*Psal. 71.*

Huculq; verba Lamuelis. Hinc sapientissimus Regum Salomon laudes sanæ Ecclesiæ verbis paucis, sed plenissima veritate decantat. Constat namq; idem carmen verbis xxiiij, juxta ordinem videlicet Hebreorum, ac numerum literarum, ita ut singuli versi à singulis literis incipiunt. Cuius ordine perfectissimo alphabeti typicè inauertitur, quam plenissimè hic vel animæ cuiusq; fidelis, vel rotius sanæ Ecclesiæ, quæ ex omnibus electis animabus una perficitur catholica, virtutes ac premia describantur.

## CAPUT XXXI.

**M**ulier fortis fortem quis inveniet? procul & de ultimi finibus precium eius.) Mulier fortis Ecclesia Catholica vocatur, mulier videlicet: quia spiritalis Deo filios ex aqua & Spiritu sancto gignere conluevit. Fortis, quia cuncta seculi adversa simul & prospera, pro conditoris sui fide contemnit, quam ipse in carne apparet, infirmam quidem inventit, sed inventionis sua, hoc est pia visitatione fortem reddit. Unde post ejus redemptionem ad celos rediens, super suis civibus gaudens ajebat: *Congratulamini mihi, quia inveni ovem meam, quia perierat.* Vident ergo Salomon genus humanum innumeris implicatum erroribus, quodq; ad ejus salvationem, nullus Patriarcha, nullus Propheta, nullus omnino electorum, præter solum mediatorum Dei & hominum sufficeret, ait, *Mulierem fortem quis inveniet? procul & de ultimi finibus precium eius.* Ac si aperte futuram Domini gratiam admirando protestatur, *Quis tanta virtutis, quis talis est meriti, qui de tot incredulis ac sceleris mundi nationibus unam sibi electorum Ecclesiam congregaret, quia sua gratia fortis atq; inseparabilem adverstantibus cunctis efficiat?* Non hic certè nostri similis, non nostro est tempore venturus, sed in fine seculorum est de celo Deus homo defensurus, qui nos sua passione à morte redimat. Hoc est enim, quod ait, *Procul, & de ultimi finibus precium eius.* Procul videlicet, statu temporis, quod à diebus Salomonis usq; ad partum Virginis intererat. *De ultimi autem finibus,* quia a summo celo egredi eo, qui non aliud pro redemptione nostra precium, quam seipsum obtulit. Unde Apostolus, *Qui dilexit, inquit, nos, & tradidit semetipsum pro nobis, oblationem & hostiam Deo in odorem suavitatis.* Quamvis & ita rectè possit intelligi precium S. Ecclesiæ procul possumus esse, quia incarnationis, verbi Dei conversatio inter homines, passio ac resurrectio longè à nostris effet naturæ conditione discreta. *Quia videlicet ille, & quando voluit, & de qua voluit mate natus est, & sine peccato vixit in mundo: & quando voluit, & qua voluit morte discessit à mundo.* Tempus quoq; resurrectionis & ascensionis Iesu in potest a habuit, & cetera hujusmodi, in quibus tam procul à nobis, quam celum distat à terra. Quia vero Ecclesiam, quam redemit Dominus, non solum verba salutis suscipere, sed & confantere pro illo certare, & hoc ipsum per munus prædicare donavit, merito subiungit:

*Confidit in ea cor viri sui, & spolijs non indigebit.*) Virum sanctæ Ecclesiæ Dominum, ac redemptorem eius, qui etiæ precium eus fieri dignatus est, dicit. Unde & Apostolus creditibus ait, *Despondi enim vos uni viro virginem castam exhibere Christo.* Quod ergo dicit, *Confidit in ea cor viri sui;* ab humana, nimiscurt coniunctudine tractum est, sicut enim is qui fortis fidelemq; & castam habet conjugem, confidit in ea certissime, quia nil contra suam voluntatem agere, nulla adulterina saltam cogitatione possit contaminari, cuncta pro suo amore etiam adversa libenter toleret, & quoq; valet ad suam amiculam convertere desideret: sic nimirum Dominus redemptor noster in Ecclesia confidit. Novit enim spiritus gratia, quem dedit, novit virtutem charitatis, quam ejus præcordijs infudit. Ideoq; non

*Aleph.*

*Beth.*

dubitare eam non solum à sua fidei integritate nequaquam posse corrumpi, sed etiam perlevaranter infistere, ut plures ad ejusdem fidei congregent unitatem. Hoc enim quod sequitur, Et ipsi non indigebit, Spolia enim diabolum Ecclesiam, cum per prædicatores suos, eos quos ipse deceperat, ad veritatis iter revocat. Et bene dicitur, *Spolis non indigebit: quia nunquam celsabit Ecclesia liberatas à diabolica fraude animas Christi fide restituere, donec completo mundo cursu, sicutrum quoque præfinita compleatrum summa membrorum. Verum quia quicquid boni sancta Ecclesia, vel anima quæque fidelis agit, hoc defuper accipit: recte subiungitur :*

Gimel:

*Reddet ei bonus, & non malum, omnibus diebus vita sua.)* Reddet quippe anima Christo bonum, cùm perceptis ab eo vita munierit, recte vivendo, respondet, cùm ea qua ipsa se vel facere ab illo adjuta possit, etiam aliis intimare fatigari. Bene autem cùm dixisset, *Reddet ei bonus: protinus addidit, Et non malum: quia sunt profecti, qui acceptis à Domino bonis, mala repudunt: vel fidei mysteria quæ perceperit, hæretica facie faciendo: vel fidem, quam professione fervant, pravis operibus blasphemando: vel maiores bonos, quibus cum fide recte deserunt, per col, loquia mala corrumperunt. Sed hec illi bona quæ accepere, Domino reddunt, qui non in his quæ bene inchoauit, ulque ad finem vita præsentis persister curant. Unde meritò cum dixisset, *Reddet ei bonus & non malum: ut perlevariant boni necessariam demonstraret, ad junxit, Omnibus diebus vita sua. Cui simile est illud Evangelicum, Serviamus illi in sanctitate & iustitia coram ipso, omnibus diebus nostris. Quibus sane operibus, quibus iustitia vel sanctitatis fructibus, potissimum sit infundendum ei qui bonum quod accipit Domino, gratis rependere fatigari, subsequenter insinuat, ut cùm dicitur:**

Luc. I.

*Quæsivi lanam & linum, & operata est confilio manuum suarum.)* Hojus principium versiculos, fortis mulier, hoc est sancta Ecclesia etiam juxta literam, accipere & observare consuevit. Juxta illud propheticum, *Cum videris nudum, operare, & carnem tuam ne deflexeris.* Operatur autem non supervacuo & cæco labore, sed eo utique confilio, ut ab ipso suo viro, Domino videlicet Christo in iudicio mereatur audire, *Natus sum, & operatus me: & quādū scisisti unde hū minimū sis, mihi fecisti.* Operatur autem confilio manuum luarum: hoc est, eatum personarum, per quas eleemosynas pauperibus tribuit. In quorum opere devoto, illo saluberrime uitum confilio, ut cum dispergens det paternibus, non ipsa ab hominibus laudetur ad tempus, sed iustitia eius maneat in seculum seculi, & cornu eius exalteatur in gloria. Possunt autem mystice in lana, que est ovum habitus, omnia simplicitatis & pietatis opera, quæ proximis impendimus, accipi. Potest in lino, quod ex terra virgine oritur, sed longè ac multiplici exercitio humorem nativum, atque ad gratiam novi candoris pervenit, caligatio nostræ carnis intimari. Cujus dum ingenitus vitiorum lordes per continentiam excoquimus, dignam profectionem eam, quæ Christum induamus, efficimus. Juxta illud Apostoli, *Quo quot ergo in Christo baptizati es, Christum induisti.* Quarit ergo mulier fortis lanam & linum, & operatur confilio manuum luarum, cùm Ecclesia sancta sollicite perquirat, quibus se pietatis fructibus exerceat, quomodo carnalibus emundet illecebri. Et hoc utrumque confilio prudentissimo, hoc est superiore solummodo retributionis facit intuitu. Cujus retributionis leques quoque versiculos apertius meminit, cùm subditur :

He.

*Fata est quasi navis institutori, delongè portans panem suum.)* Institutorem, negotiatorem dicit, qui pro eo sic vocatur ab antiquis, quod acquirendis multiplicandis, mercibus ledulus institutus, facta est ergo fortis mulier quasi navis institutoris, quia sicut navis institutoris onerata inercimonis, quæ in patria tua magis abundant, per mare petit peregrina, ut illic venditis quæ attulerat, cariora domum reportet: sic nimis sancta Ecclesia, sic anima quæque perfecta virtutum divitias gaudet onerari, quibus majora divina gratia dona meretur. Optimum est namq; commercium, cùm bona quæ valemus operantes, primò hanc à Domino mer-

cedem receipimus, ut ad majora semper agendi proficiamus, dehinc & vitam percipiamus sempiternam. Facta est ergo anima sancta quasi navis institutoris, quæ trans defidio fluctu seculi praefensis, solaq; se in collis accipere sperat, æterna gaudia meditatur, & pro his abundanter adipiscit, quicquid valer instanter agere, quicquid adversum occurrit foriter superare contendit. De qua recte dicitur, *Quia de longe portat panem suum: quia in cunctis quæ temporaliter bona agit, æternam solummodo retribuendum expectat, solam vivi panis saturitatem desiderat, ejus nimis qui suis auditoribus piè potenterq; promittit, yante ad me omnes qui laboratis & onerati sis;* & ego reficiam. At contra in proximo panem suum recipit, & non hunc de longe trans maris portat, qui in eo quod justè vivere videtur, humanum tantum favoris præmia expedit. Neq; illo vita permanentis inquit, ea quæ nimis labuntur, experient & calcate fatigari. De qualib; ipse terribiliter annotat. Amen dico vobis, recuperunt mercedem suam.

Et de nocte (urrexit, deditq; prædam domestici suis & cibaria ancillia suis.) Sicut totus labens fecili curius patens perdi ac noctis alternatione variatur: & dies quidem ad operandum, non ad quiescendum naturaliter condita est: sic totum præsentis Ecclesia tempus, germino quodam quietis & operis statu discernitur. Quali enim nocte quietis, cùm aliqui fidelium ejus intermissa ad tempore foliacione externa, fibrom vacare, seq; ipsorum spiritualiter incipiunt curare, vel letacionibus videlicet facris, vel orationibus, ac lacrymis se vel alij hujusmodi studiis secreter cernendo. Surgit autem de nocte, cùm in eisdem suis fidelibus ad gendam etiam proximorum curam sollicite accingit, quod fraternalis administrationis opus duobus modis exercere consuevit, quia & eos qui fortis erabant, ad fidei gratiam convocabat: & illis, qui fidei sacramentis jam solumbunt, ut bonis operibus amplius insistant, excitare non delinet. Illa bene dicitur, *Deditq; prædam domestici sui & cibaria ancillia suis.* Dat namq; prædam domestici suis, cùm consanguitudo hosti docendo eripere ponit, societari illorum qui in fide præcessere reconciliat. Dat ancillis cibaria, cùm humilius quoque & debite timore sua pulla levantes, ne sub pio labore lassescant, supernæ mercedis commemoratione reficiat.

Consideravit agrum, & emit eum, de fructu manuum suarum plantavit vineam.) Agrum dicit possessorum superne hereditatis. De qua benedicens filii Isaac Patriarcha loquitur, *Ecco odor filij mei, sicut odor agri pleni, cui benedixit Dominus.*

Odor quippe sanctorum est, sicut odor agri pleni, cui benedixit Dominus: quia tota mentis intentione concurrunt, quæ sit plenitudo benedictionis in patria regni celestis. Consideravit ergo Ecclesia agrum, & emit eum: quia fidelio didicit quæ sint gaudia vite paternis, & pro coram perceptione quicquid potuit laborare contendit. Que enī a fructu manuum suarum plantavit vineam, quia de fructiferis fidelium suorum factis sive verbis, sciprum sanctam condidit: per quam mentes audiendum in fide & dilectione debriari sibi redemptoris. Nec ab eis, si vinea nomine ipsam Ecclesiam, quæ per mulierem forem est designata, sentiuntur esse figurata, & eoselle propagines vineæ qui sunt filii mulieris. Mulier autem vineam plantavit, cùm Ecclesia primitiva totius per orbem missis prædicatoribus fidei lenima diffusa. Consideravit namq; agrum, cùm orbem universum vitiorum spinosum hortum, cultore spirituali opus habere perfexit. Emit vero eum, cùm missis ubiq; doctribus, talentum verbi audiendum constituit, ut eos stedentes felicissimo Christi principatu libarentur. Plantavit autem in codem agro vineam, cùm in novis credentium populis, Ecclesiam plena Evangelice veritatis institutione firmavit. Quam quidem vineam de fructu manuum luarum plantavit, quia non solum verbo instituerant Apostoli, Apostolorumq; successores populos, quos eruditib; verum & testimonium bonæ operationis, miraculorum quoq; signa a verbis doctrinæ ungebant. Sed & usque hodie, immo ulq; ad finem feculi, mulier fortis, considerat agrum, & emit eum, ac de fructu manuum luarum plantavit vineam: quia sancta Ecclesia semper sollicita

perquis.

perquirit, quos ad fidem convertere possit. Et quicunque dociles inveniuntur, hos data verbi pecunia, in servitium Christi emit. Atque in eis vineam Christi plantare, vel potius eos vineam Christi facere satagit. Et quia quisquis aliter docere desiderat, primò ipse & a malis abstinere, & bonis se debet a cibis exercere, rectè subiungitur:

*Accinxit fortitudine lumbos suos, & robavit brachium suum.) Accinxit ergo Ecclesia lumbos suos fortitudine, cum supernorum desiderii intenta carnalibus illecebri succum belli delpxit; robavit brachium suum, cum se ad agendam virtutum opera preparavit. Et bene primo lumbos fortitudine accingere ac postmodum roborare brachium dicitur: quia nimis fortis bona operis acceptabilis esse Domino minime valet, si non fluxa luxuriae quis prius à carne, simili & mente restrinxat. Unde Propheta, *Qui tecum agere perverse, discite benefacere.* Et Dominus, *Sint lumbi vestris præcincti, & lucerna ardentes.* Lumbi videlicet præcincti, ne luxuria subdami: lucernæ verò ardentes, ut bonis fulgeant operibus.*

Gustavit & vidit, quia bona est negotiatio eius: non extinguitur in nocte lucerna eius.) Quod ait, Negotiatio eius: ager utiq; illius, de quo supra ait, Confidaverat ager, & emit eum. Gustavit igitur Ecclesia sancta, gustavit anima quæque perfecta, id est pte intimo mens desiderio cognovit, quia bona est negotiatio vita immortabilis, quam relatis illecebribus temporalibus aeternam meremur in celis. Gustavit autem, id est aperte dicit, quia bonum est per instantiam predicandi, quicunque valet ad viam veritatis adducere. Atq; ideo nullis tribulationibus tenebris, nec ipsa morte potest lucerna devotionis ejus extingui. Eorum nang; lucerna nocte extinguitur, quamvis in die videatur ardere; qui, sicut Dominus ait, *Ad tempus credunt, & in tempore tentationis recessunt, sed & illorum nocte media extinguitur lucerna, qui veniente judice oleum charitatis in vas precordiorum suorum non habuisse probantur, dum perdit falorum ruore virtutum, vera tenebrae forum luunt tormenta factorum: Quod si noctem hoc loco pro quiete volumus accipere, iuxta hoc quod supra dicitur, Et de nocte surrexit: id est, ad operandum se post quietem preparavit.* Aptè dicitur, quod lucerna sancta Ecclesia non extinguitur in nocte: quia & cum à negocio quiescit actionis, vacat liberius luci supernæ contemplatio. Cumque à publicis cœllis operibus, curat se ardenter vel auditu sanctæ lectiōnis, vel laudibus mancipare divinis. Juxta exemplum videbile mulieris industrie, quæ non solum in die necessariis foliis instare laboribus, sed & nocte laepius accento lumine lucernæ, partem rei familiæ agere curam.

*Manum suam misit ad foris, & digitis eius apprehenderunt fūsum.)* Foris dicti perfecte in Christi charitate opera, quibus se gaudens Ecclesia certa supernæ retributionis expectatione subdidit: verbi gratia, *Audiisti, quia dīlūm es,* Diliges amīū tuūm, *& odo habebū inimicū tuūm rego autē dico vobū, diligite inimicos vestros, benefacite bū qui derunt vos,* & cetera. Et de virginitate fervida: *Qui potes capere caspiat.* Et de contemnendis divitiis: *sī vū, inquit, perfētūs es, vade, vende omnia que habes,* & cetera. Nam populus synagoga, cui dictum est, *sī voluerit, & anderit me lona terre comedet;* tanto infirmior erat in opere justitiae, quanto minus spē perpetua emunerationis eret. At Ecclesia qua audivit a Domino, *Ponitentiam agite, appropinquabit enim regnum celorum.* merito pro hujus præceptione dura quæque longanimitate suffert. Unde rursum de ejus fortitudine dicitur, *regnum celorum vim patitur, & violenti rapiunt illud.* Et digitis eius, inquit, apprehenderunt fūsum. Solent feminæ tenentes fūsum in dextera, colum tenete in sinistra. In colo enim lana involuta est, quæ filo ducenda & nenda translat in fūsum. Sæpe autem in scripturis dextera vitam perpetuam, lava presentia Dei dona significat: opulentiam videlicet rerum, pacem temporum, solitatem corporum, scientiam quoq; scripturarum, & coelestium persecutionem sacramentorum. Hæc & hujusmodi bona cum Dominio largiente percipimus, quasi lanam colo involutam, in lava gestamus. At cum ea pro amore coelestium salubriter exercere incipimus, jam lanam agni immaculati de-

colo in fūsum, de lava in dexteram trajicimus: quia de donis nostri redemptoris de exemplis operum ejus, stolam nobis gloria coelestis, ac vestem charitatis nuptiale facimus. Digiū namq; quibus apprehendere fūsum dicitur, ipsam intentionem discretionis, quæ quicquid operatur insinuant, Et nimis ratione, quia nulla corporis nostri membra pluribus sunt distracta articulis, ac flexibus apta, quam digiti. Quicunque ergo veteriter dicere cum Apostolo potest, *Nostra autem conversatio in celis est, unde etiam Salvatorem expectamus Dominum nostrum Iesum Christum:* hujus profecto digiti dexteri apprehendere fūsum, quia discretionis fedula pro æternis bonis labore didicit. Et bene dicitur Apprehenderunt, ut vivacius commendetur, quanto studio, quanta festinatione hujus vita incerta pro certis apud Dominum præmis agere debeamus. Quid autem mulier fortis, id est Ecclesia sancta, vel anima quæque perfecta per fūsum intellectualem sit operata, subfleuant aperitur.

*Manum suam aperuit inopi, & palmas suas extendit ad pauperem.)* Quod & de operibus eleemosynarum, quæ generanter sunt in pauperes accipi potest. Sed melius de verbo Domini, quod indumentum suum animabus cōfert, intellegitur. De qua beatus Job gloriatur dicens: *Institutus induit suum, & vestiti me sicut vestimento & diademate tunicam meam.* Aperuit autem Ecclesia manum inopi, cum mysteria fidei ignorantibus per operarios veritatis revelavit: palmas extendit ad pauperem, cum longè latècum prædictores, ad inibiundas aeternam salutis indigenas nationes dispersit.

*Non timebit domus tua à frigoris nivis, omnes enim domestici tui vestiti sunt duplicitibus.)* Frigori nivis, corda sunt reproborum, perfidiae suæ torpore rigentia. De quibus ait Dominus, *Et quoniam abundavit iniurias, refrigerasset charitas multorum.* Quæ illa utiq; nive pessima deprimitur, quæ ob primæ superbia meritus de celo corruiens in profundo tenebrarum nihilominus se velut angelum lucis adhuc stultis ostentare præsumit, habitumque meritorum (uorum candori nivis similem fraudum suam nesciis profert, quod quidem Domini & angelorum ejus est proprium, in habitu niveo claritatem suæ designare virtutis. Non timebit autem Ecclesia domum tuam à frigoris memorata nivis, quia Dominus pollicente credit, quod portæ inferi non prævalebunt adversus eam. Omnes enim domestici tui vestiti duplicitibus, & sapientia videlicet ad revelandas haereticas falorum fratrum doctrinas: & patientia, ad tolerandas apertorum hostium pugnas. Vel certè, vestiti sunt duplicitibus, quia promissionem habent vitæ, quæ nunc est & future. Nunc in peregrinatione temporali divino auxilio, ne deficienti adjici: tunc, in patria perpetua habitatione divinae gratiae visionis, ut felices semper vivant allevati. Item domestici eius induti vesti sunt dupliciti. Una, opera altera mentis fidei, habentes factorum velarmina, & sacramentis videlicet fūi redemptoris inibit & informati exemplis. Sic enim sic illud Apostoli, *Quicunq; in Christo baptizati es tu, Christum induisti.* Possunt autem frigori nivis etiam tormenta aeternæ intelligi, quæ igne & frigore juxta esse legimus: cum dicitur, *Iherit stetit & stridor dentium, sicut quippe oculis ignis & fumos, stridorem vero dentibus solet frigus gigante.* Unde et beatus Job de passis reprobatorum loquens aeternis, *Ad calorem, inquit, nimium transibunt ab aqua nivis.* Sed ab his Ecclesia domini non timebit, quia quicunque pereunt, ad domum illius non pertinente, nec vesti ipsius spirituali erant induti: tametsi mysteria ejus ad tempus videbantur in futuri. Deniq; legimus in Evangelio ejecitum de domo convivii illius hominem, qui vestibus operum immundis hanc intrare presumperat: & in tenebras exteriores, ubi est stetus & stridor dentium esse projectum. Merito utiq; in frigore cenæ religatum, quia indumenta pretatis habere neglexerat.

*Stragulata vestem fecit suis, byssus & purpura in dumentum eius.)* Stragulata vestis, quæ variante textura solet firmissima confici, fortia Ecclesia opera & diversa virtutum ejus ornamenta significat. De quibus Propheta, in fūsum regis, virtutis vesti, illius, laude cœcinit: *affuit regina à dextera tuu in vesti, tute aurato, circuamicta varietate. Byssus quoq; & purpura in-*

dumentum eius; byssus, in candore puræ conscientia & conversationis: purpura, in effusione preciosi sanguinis. Byssus namq[ue] candidi coloris est purpureus autem color, & de sanguine animantis, quod purpura vocatur, conficitur, & ipsis sanguinis habet speciem. Unde pulchritudinē est a patribus. Quia sancta Ecclesia electorum floribus vernans, in pace habet līgā, in bello rōas. Item, quia byssus de terra viens oritur, sed per exercitationes longas ac multifarias amissum humore ac vitore nativo, ad decorum candidæ vestis perducitur. Purpura autem regalis habitus. Byssus induit Ecclesiam, cum castigant corpora sua electi, & servitui subjiciunt. Purpura autem, cum eandē continentia, nō ob favorem vulgi, sed ad acquirendam beatitudinem regni perennis exercent. Sed hic virtutum habitus, in praesenti quidem nec scientibus videtur contemptibilis, sed in futuro qualis fuit, manifeste patet. Unde pulchritudinē Apocalypsi sui Joannes sanctorum vocem audiret, dicentium, *Gaudemus & exultemus, quia venierunt mīptia agnū, & uxor eius præparavit se, & datum est eisū cooperat se, byssū splendens, canadum, Byssum enim justifications sanctorum sunt.*

Nam.

Nobilis in portis vir eius, quando sedet cura senatoribus terre.) Vir sanctæ Ecclesiæ, vir cuiusque fideliis animæ Domini nunc est. Qui videbatur ignobilis, cum ante tribunal praefidis staret inclinatus, cum probara, flagella, spuma, & ipsam crucis mortem suscipere: sed nobilis apparebit, cum venerit judicaturus orbem in æquitate, & omnes angeli cum eo. Tunc sedebit, inquit, in sede maiestatis sue: & congregabuntur ante eum omnes gentes, & separabunt eos ad invicem, &c. Nobilis in portis, inquit, vir eius: quia veteres in portis ledere ad judicandum solebant, ut venientes ad civitatem aliunde, paratum continuo responsum judicantis acciperent. Et nec rusticos vel pastores insolita, urbis aedificia stupefacerent: nec rufum pacem urbis intrinsecum frequens litigantium controverbia feedaret. Nobilis ergo erit Dominus in portis, ut civitatis quia qui etiam nunc contemnendus putatur a multis, ubi seculi finis affuerit, ubi ingressus patris colestis apparuerit electi, jam cuncti parabit sublimis. Sedebit autem cum senatores terra. Amen dico vobis quid vos qui secuti estis me, in regeneratione, cum sedet filius hominum in sede maiestatis sue, sedebitis & vos super sedes 12. iudecantes 12. tribus Israël.

Samech.

Sindonem fecit, & vendidit, & cingulum tradidit Chanaan.) In linea sindonum subtilis, intextio signatur sanctæ predicationis, in qua molliter quiescit: quia mens in illa fidelium spe (superba refovetur. Unde & Petro anima in linea demonstrantur, qui peccatorum animæ misericorditer aggregatae, in blanda fide quiete continentur. Hanc ergo sindonem Ecclesia fecit & vendidit: quia fidem, quam credendo texerat, loquendo dedit, & ab fidelibus vitam recta conversationis accipit. Quia & Chananum cingulum tradidit, quia per vigorē demonstrata justitia fluxa opera gentilitatis astrinxit. Ut hoc quod præcipitur vivendo teneatur, *Sint lumbi vestri preceincti.* Bene enim nomine Chanaan, qui & genitilium populum procreavit, & interpretatur cōmunitas, conversus ad fidem gentilium designatur. Quia felicissima commutatione, à virtute ad virtutes, à diabolo transfigravit ad Christum. Unde & in ejus laudem Psalmus quadragesimus quartus scribitur, cuius titulus est in fine, *pro hi qui commutabantur, sibi Chorē cantū pro dilecto filii autem Chorē, filii Calvaria interpretantur,* qui sunt filii Domini crucis dicentes: *Misi autem ab his gloriari, nisi in cruce Domini nostre uictoris Christi.* Quomodo autem cōmunitur, sequentia Psalmi euudem docent: ubi dilectus ipse, id est Ecclesia Domines dicit, *Audi filia, & vide, & inclina aurem tuam, & obliviscere populū tuū, domū patrii tuī.* Coniuntari namq[ue] illam desiderat, quam, ut filia valcat dici, domum patris prioris id est hostis antiqui, ubi obliuisci.

Sin.

*Fortitudo & decor indumentum eius, & ridebit in die novissimo.]* Fortitudo, ad tolerandum perverbiū improbatum: decor, ad exercendam virtutum gratiam. Decor, quia operatur iustitiam: fortitudo, *qua persequitionem patitur propter iustitiam.* Et ideo ridebit in die novissimo, id est gaudebit in retributione regni coelestis, quæ dolebat in certamine vita presentis. Mos enim scripturæ est, pro gau-

dio tūsum ponere: sicut Dominus ait, *Beati qui nunc flent, fu. Similem lāne huic sententiam Prophetæ de Domino ac salvatore hujus fortissime mulier posuit, dicens: Dominus regnavit, decorum induit, induit Dominus fortitudinem, &c.* Cum enim prædicaret Evangelium regni, aliis placebat, aliis displacebat: alii bene loquebantur, alii detrahabant, lacrabant, mordebat, convinciabantur. At eorum quibus displacebat, decorum induit: ad eos quibus displacebat, fortitudinem. Imitare & tu Dominum tuum, ut possis esse vestis ipsius: esto cum decoro, ad eos quibus placent bona opera tua: esto fortis ad verius detractores.

*Os suum aperuit sapientia, & lex clementia in lingua tua.)*

Ad hoc tantum loquens os aperuit, ut sapientiam docere: juxta illud Apostoli, *Omnis serm̄ malus ex ore vestro non præcedat, sed si quis bonus ad adiunctionem fidei, ut de gratiam auctoritate, Vel certe os cordis aperuit, ad discendam ab ipsa sapientia interiori veritatem, quam alios foras doceat. Utriq[ue] autem sensu, quia utrumq[ue], facit Ecclesia, concinit, aperte quod sequitur, *Et lex clementia in lingua tua: illa via delicit, & ut non statim more legis Moysæ peccantes punire, sed misericorditer ad penitentem medicinam vocare. Cuius exemplum clementia, ab ipsi Dei sapientia Domino & salvatore nostro manifeste percepit, cum oblatæ ei peccatrice muliere: Si quis, inquit, sine peccato est, primu[m] in illam lapidem mittat, & sic eam a crimen, quo patrat sub conditione amplius non peccandi, mulieris abolivit.**

*Consideravit semitas domus sue, & panem oīos & non comedit.* Semitas domus sue considerat, quia cunctæ fū conscientia cogitationes subtiliter investigat. Panem oīos non comedit: quia hoc quod de sacro eloquio intelligendo percepit, & ante æterni iudicis oculos exhibendo, operibus ostendit. Item dominus fortis mulieris, habitat et pars celestis: emittit domus illius, præcepta iustitiae, quibus ad æternā vitā mansiōnem perveniunt. Quapropter letitas animas bēni considerat, cum & diligenter quibus aedibus ad supera p̄veniūt debet inservi: & que agenda didicit, sedula exerceri non deficit. Panem quoq[ue] oīos non comedit: cum sacrificium Domini copiis percipiens, studer imitari aēlū, quod in ministerio celebrat, multum sollicita, ne indignè panem Domini comedendo, & calicem bibendo, iudicium sibi manducet & bibat: sed ut patiendo pro Christo, ac lachrymas fundendo, bonis quoque actibus insistendo, passionis exempla pīus quantum valeat sequatur. Potest & simpliciter accipere, quod panem oīos non comedat mulier fortis iuxta illud Apostoli, *Quis non operatur, nec manducat.* Et ipse de le, *Quoniam ad te que mihi opus erat, & hū qui meum sunt, ministraverunt manus illae.* Unde meritò luxuriantes videtur arguere adiungit, *Simil autem & oīos & difficiunt, circuire domū: non scilicet oīos, sed & verbosa & curiosa.*

*Sureretur filii eius, & beatissimam prædicaverunt.* Quod futurum pro certo noverat, more propheticō quidjam factum refert. Surgens enim filii Ecclesiæ videlicet omnes electi in novissimo, carnis immoraliitate donati: & tunc matrem suam, quæ eos ex aqua & spiritu sancto Deo genuit, beatissimum prædicant, quæ nunc ab infidelibus quasi misera contemnitur. Er reverta sunt Apostolus ait, *Si in hac vita tantum sperantes sumus in Christo, miserabiliter sumus omnibus hominibus.* Quia verò pro vita alia in presenti militamus, meritò cum apparuerit, quid erimus, matrem nostram, quæ ex omnibus iustis collecta una Chilum, sponfa & amica vocatur, beatissimam prædicabimus. Surget & vit ejus, & laudabat eam, dicens in iudicio ente benedicti patrū mei, possidete paratu vobis regnum à constitutione mundi. *Esuriri enim, & deadiū mībi manducate, &c.* Qui quidem ipse primitiva dormientium resurrexit à mortuis, sed in die iudicij manifestius omnibus, quos sua lānde dignos judicaverit: quanta sit ejusdem sue resurrectionis gloria demonstrabit. Potest hoc quod dicitur, *Sureretur filii eius, & beatissimam prædicaverunt, etiā in hoc tempore convenienter accipi, cum quilibet fidelium, transiens seculi æternūs, ad coelestia regna perducuntur.* Sedet namq[ue] ad humilationem aliquoties, surgere ad gloriam pertinet,

Uode

*LUCERO.*  
Psal. 126.  
Res.  
Schin.  
Thau.

Unde dicitur, *Olim in cincere & cilicio sedentes paniterent: id est humiliari.* Et Propheta, *A facie manus tua solus sedebam, quia conminatione replesti me.* Sed & Psal. *Vanum est vobis ante lucem surgere: surgite, postquam ederitis, qui manducatu panem doloris.* Quod est aperte dicere, Quid in praesenti queritis gaudere, quod electis in futuro reservatur? Non enim potestis in hac vita, id est ante lucem, superemis retributionis gloriam vera felicitatem habere: quoniam potius postquam hic humiliati fueritis ad tempus, illic vos perpetuum veraciter exaltando sperate: vos quibus amarum est omne quod feculi amatoribus jacundum videtur & dulce. Surgunt ergo filii Ecclesiae, & beatissimam eam predicant, cum celestibus bonis sublimatis, quanta sit illius patrie beatitudine, cuius participes esse meruerunt, aperient. Et hanc debita laudatione in divina visione concelebrant. Laudat eam vir ipsius, cum bona que ipse donavit, remunerat. Quibus autem verbis eam laudet, consequenter offendunt cum dicitur,

*Multa filia congregaverunt divitias, tu supergressa es universitas.* ) Multas filias, Ecclesia dicit haereticorum & malorum iubas: catholicorum filiae dicuntur vel Christi vel Ecclesiae, quia etiam ipsae sunt Dominicis tenaces sacramentis, & adoptionem filiorum, quam non custodiunt, percepunt. Unde & Joannes ait, *De nobis exierunt, sed non erant ex nobis.* Quae congregaverunt divitias, videlicet bonorum operum operationes, jejunia, eleemosynas, afflictionem & castigationem carnis, continentiam lingua, meditationem scripturarum, & cetera huiusmodi. Quae veræ sunt divitiae spiritus, ubi pura mentis sinceritate geruntur: ubi autem sine fide, qua per dilectionem operatur fuit, nihil ageribus profuit. Sed & illæ filiae fructu congregarunt divitias: de quibus Dominus ait, *Muli dicens mihi in illa die, Domine, Domine, nonne in nomine tuo prophetavimus, & in nomine tuo demonia expelimus? & in tuo nomine virtutes multas fecimus?* & tunc confiteber illa, *quianungnam novi vos.* Sed omnis istiusmodi filias Ecclesia Catholica supergreditur, quae fide casta, & opere perfecta redemptoris sui vestigia secat.

Fallax gratia, & vana est pulchritudo: mulier timens Deum ipsa laudabitur.) fallax est gratia laudis, quia ab homine accipi: vana pulchritudo cultitatis, vel operationis bona, quam hominibus ostendat anima, quia timore caret divino. At illa conscientia vera est laude digna, quia timorem Dei in omnibus servat. Ipse est enim principium cunctarum, custos, que virtutum scriptura dicente, *Timor Domini principium sapientiae.* Ecclerū, *Qui timet dominum, nihil neglegit.* Hic est enim, quod ideo beatus Job, & in prosperitate virtutibus incomparabiliter floruit, & in adversitatibus insuperabilis hostis permanxit: quia veraciter dicere potuit, *Semper enim quasi tumenes super me fatus sum a domino, & pondus eius ferre non posui.* Fallax est ergo simulatorum gratia: vanus decor operis stultorum. Ecclesia autem, quae in timore incoluta sui temporaliter conversatur, quoniam ardentes virtutum lampades venienti ad judicium suo sponso offeret, jurab eo laudata, januam cum eo regni coelestis intrabit. Qualiter autem eam laudet, terminali versu docetur:

*Date ei de fructu manuum suarum, & laudent eam in portis opera eius.* ) Hæc sunt enim verba viri illius, de quo dicitur ait, *Vir eius, & laudavit eam: id est dominus & salvatoris nostri, qui angelis in fine præcepturus est, ut Ecclesiæ post hujus vice certamen, post triuallationem afflictionum terribilium, ad coelestis regni gaudia introducant, ac vita immortalis fibi sociam aggredit.* Juxta illud Evangelium, *Triticum autem congregare in borream meum.* Date, inquit, et de fructu manuum suarum, quia fructum spiritus fert curavit, charitatem, gaudium, pacem, benignitatem, bonitatem, modestiam, continentiam, fidem, patientiam. Pro hoc illi debitam rependite mercedem, & laudem eam in portis: hoc est, in iudicio live in ingressu patriæ coelestis. Non hominum favore supervacui, sed opera ipsa que fecit, examinante, probante ac remunerante illo, cuius hæc donante gratia, à quo laudari merearuntur in futuro, concedat ipse proprie, nos eum dignis in praesenti vita collaudate servitus. Amen.

In proverbia Salomonis Libri tertij finit.

## BEDÆ PRESBYTERI IN CANTICA CANTICORUM LIBER PRIMUS, DE GRATIA DEI, contra Julianum.

**S**cripturus, juvante gratia superna, in Cantica Canticorum, primò admonendum putavi lectorum, ut opulcula Juliani Celanensis Episcopi à Campania, quæ in eundem librum consecuti, cauissimè legat: ne per copiam eloquentiaz blandientis, in cœnum incidat doctrina innocentis. Sed ut dici solet, ita carpas bottum, ut & spinam caveant: id est, in dictis ejus sanos sensus scruteat & eligit, ut non minus vitiæ infans. Vel potius illud faciat Maronis, *Qui legit flores, & huminascentia fraga, Frigidus ô pueri suus gite hinc, latet anguis in herba.* Hoc est ab ejus le per omnia lectione compescat, cum haber eos, qui euodem librum & lanis sensibus, & simplicioribus verbis exposuerunt. Est enim homo, ut rhetor peritissimus, ita gratia Dei post Pelagiun, impugnator acerrimus: ut aperius scripta ejus, quibus contra strenuissimum eisdem gratia propaginatorem Augustinum insinuavit, ostendunt. Cujus causa duelli, primum de amore libellum composuit: sub obtenu, quasi hunc à feedissima foret voluntas seceretur, re autem vera tam confirmatus hæresim; qua, ut breviter plura constringantur, docet nos, per arbitrium liberae voluntatis posse bona facere, quæ volumus, quamvis per auxilium unius gratiae Dei facilis ea perficiere queamus: quomodo viantes iter, & pedibus quidem peragere valeamus, sed misere absque dubio labore, cum nobis equi, quibus vehemur, affuerint. Immemor Apollotæ admonitionis, qua dicit, *Cum metu & tremore & fratre salutem operamini.* Deus est enim, qui operatur in nobis & velle & perficiere. Et quod est gravius, impugnat eis qui non ait, *Sine me modicum quid possetis;* sed, *sine me, inquit, nihil potestis facere.* Docet clausa legis sacramenta solos intueri posse eos, quos oculatos & eruditio reddidisset & pietas: oblitus gratiae Dei, quæ etiam illitteratis & idiotis scripturarum arcana revelavit: dicens Evangelista, *Tunc aperuit illi sensum, ut intelligenter scriptura.* Quos idiotas fuisse, tellatur idem Evangelista, cum ait, *Videntes autem Petri constantiam, & Iohanni, & comperto quid boni essent sine literis, & idiota, admirabantur.* Dicit tandem nobis, ac generosum amorem, ab ipso lucis exordio, natura conciliante insitum, & ad ultimam usque senectutem solis viribus animi innixum, sine ullo damno sui perficeret vigoris: incredulus profecto Domini sententia, *Quia siue illo nihil possumus facere;* sed & Apostolic sermons, *Quia et multis offendimus Deum omnes.* Et mirum, ubi didicerit Julianus tantum nobis, ac generosum amorem ab lucis exordio natura conciliante insitum, cum natus de patriarcharum stirpe Apostolus dicat, *Fuimus & nos aliquando natura fuij ita.* Quomodo autem natura, nisi quia peccante primo homine, ac sanctum deferente amorem, vitium pro natura adolevit? Mirum, ubi inventerit vel invenitur posse putaverit Julianus hominem, laudem unum, in quo amor sanctus solis viribus innixus, utque ad senium sine damno sui perficeret vigoris, cum ille, qui præ amore præcipuo dignus erat in sui conditoris sine recumbere, inter eos qui ejus gratia fruuntur, invenire potuit nullum: quoniam potius humili confessio teftatus sit, *Si dixerimus, quia peccatum non habemus, ipsi nos seducimus, & veritas in nobis non est.* Dicit, amorem nostrum, tunc de corpore trahere, quod est perturbatus & rapidus: ita de animo, quod sit sublimis arque continuus. Quod etiam utrumque veritati probatur esse contrarium. Si autem amor noster de corpore, & noui de animo potius trahere, quod est perturbatus & rapidus, non diceret Dominus, *Abiuit enim de corde hominum cogitationes mala processunt, adulteria, fornicationes hominum, furtus, avaritia, nequitia, dolus, impudicitie, oculus malus, blasphemia, superbia, stultitia.* Omnia autem mala ab intus procedunt, & coquinari hominem

T. Cor. 2.

Luc. 24.

Ioan. 15.  
Iacob. 5.

Ephes. 2.

I. Ioan. 1.

Mark. 7.